DE IMPERIO BRANDENBURGICO AD RHENUM FUNDATO SIVE DE PRIMORDIIS BELLI JULIACENSIS

COMMENTATIO HISTORICA.

SCRIPSIT

JOANNES PAULUS HASSEL

PHIL. DR.

BEROLINI

APUD E. S. MITTLERUM ET FILIUM

MDCCCLXIII.

Res enim gestas ..... notare studuimus non rerum gestarum causas certis rationum indiciis enucleare.

Chron. Reg. Prum.

JOANNI GUSTAVO

DROYSEN

PRAECEPTORI PIE COLENDO

SACRUM.

rationes politicas Habsburgorum, Saxonum, Unionis, Ligae, ad res Juliacas quantum spectaverint, exponam.

Fontes mihi fuerunt tam acta publica, edicta imperatoris et Praetendentum, libelli vel accusationis vel defensionis causa scripti, quam litterae imperatoris, principum, regum, Statuum, actaque diurna, quae Avisa nominant, et legatorum mandata atque relationes.

De fontibus manuscriptis ut perpauca dicam liceat. Quae de legationibus Saxonum 1593 et inde ab anno 1604 ad imperatorem missis, quaeque de mutuis Brandenburgorum, Palatinorum, Mauritii Hassiatici, Christiani Daniae regis, litteris tradidi, debeo viro cl. Droysen, qui harum rerum scientiam ex archivis Dresdensibus et Berolinensibus deprompsit.

Relationum autem Venetarum exemplaria vir doct. Erdmannsdoerffer Universitati Berolinensi inter privatim docentes mihi obtulit. Quarum relationum aliae Pragae scriptae sunt, aliae apud Venetos ipsos, aliae in terris Juliacensibus iisque vicinis. Relationes Pragenses conscripserunt Marino de Cavalli (inde a die 6. m. Apr. 1609 usque ad diem 5. m. Oct. 1609) et Franciscus Priuli (a d. 28. m. Sept. usque ad d. 21. m. Dec. 1609). Aliae relationes a Francisco Morosino, qui ad ducem Wuertembergensem missus erat, scriptae sunt: accedunt relationes de legationibus Danieli ab Hutten, quem Neoburgi ad rempublicam miserant (a d. 19. m. Sept. usque ad diem 19. m. Dec. 1609). In terris ipsis iisque vicinis Tomasius Contarenus qui a Senatu Veneto in Germaniam missus de statu rerum Hollandicarum et Juliacarum potissimum cognovit, scripsit (a. die 20. m. Apr. usque ad d. 7. m. Jun. 1861).

Conventum Duesseldorpensem 1591/92 enarravi codicem quendam Heidelbergensem secutus (cf. in Dissertatione pg. 7. sq).

Quae de occupatione terrarum ao. 1609 facta, quaeque de conventibus ordinum Juliae aliarumque terrarum, de pactione Trutmoniana, de fide ab ordinibus data, de adventu Leopoldi, aliisque rebus ao. 1609 et 1610 in Julia gestis

tradidi, ex codicibus Mscrptis. Bibliothecae Berolinensis fol. 852 et fol. 853 exscripsi.

Ex actis autem Archivii Ascanii, quod Dessaviae est, tractationes quae inter Saxones et Unionem, quaeque inter Saxones et imperatorem regemque Daniae fuerunt, — militis Passavensis, Argentoratensis, Silesiaci apparatus, rationesque politicas, quibus Joannes. Sigismundus, dum Marchia in summo periculo versabatur, ao. 1610 usus sit, descripsi.

Acta quae praeter cetera excerpsi sunt:

1) Memorial für den Gesandten Christoph v. Lehendorff von den Gebrüdern Joh. Georg, August, Rudolf und Ludwig, Fürsten zu Anhalt, Grafen zu Askanien an Johann Sigismund etc. etc. cum epistolis et a Joanno Sigismundo et ab Anhaltinis scriptis (d. 27. m. Jun. — 17. m. Jul. 1610).

2) Jülichsche Successionbetreffende Sachen (Arch. Tit. IV. no. 78). Haec collectio continet epistolas Saxonum, imperatoris, Unionis, regis Daniae (d. 23. m. Febr. 1610 — m. Aug. 1610).

3) Samuell Greiss gethane Avisirung wegen des Gülischen und anderen Kriegswesens an Ihre Durchlaucht Johann Georgen I. zu Anhalt. Epistolae Heidelbergae datae sunt (Arch. Tit. II. no. 39).

4) Volrath von Plessen's Churpfältz-Rath Avise de ais. 1604, 1606, 1607, 1609. (Arch. Tit. II. no. 18).

5) Hieronymus de Dieskau gethane Handschreiben an Fürst Johann Georg zu Anhalt. Epistolae Dieskauae et Berolini datae sunt (Arch. Tit. II. no. 17).

Quumque nihil potius habebam, quam ut rerum Juliacensium historia diplomatica fieret, talium etiam litterarum scriptorumque aliorum mentionem feci, quae ipse non vidi, sed in fontibus memorata inveni. Ex his facile quis mea complere poterit et emendare: nam haec imperfecta esse et omnibus fere ex partibus laborare nemo sane melius scit, quam ego.

ABBREVIATIONES.

Arch. Anh. Dess. = Archivium Anhaltense Dessauense.

Mscrpt. Berol., Cod. Mscrpt. Berol. = Codex mscrptus Bibliothecae Berolinensis fol. 852, 58.

Bibl. Senkenb. Giess. = Bibliotheca Senkenbergiana Giessensis.

Mscrpt. Hdlbg. = Manuscriptum Heidelbergense.

Rer. Jul. Fasc. = Rerum ad Controversiam Juliacensium Spectantium Fasciculus. Das ist Verfassung aller Sachen und Stucken Gülichsche streittige Succession und Possession belangend. Darinn nich allein Copiae der Kayserlichen desshalben aussgangener Mandaten, etc. sondern auch den fürnembsten Praetendenten Rechtliche Deductiones, und hinc inde ergangener Missiven, soviel dero aussgangen oder uns zu handen kommen, beyeinander zu finden. Gedruckt im Jahr 1610.

Scrpt. Def. = Des Durchleuchtigsten etc. Fürsten Herrn Johann Sigismundi vnd Frau Annen Pfalzgräfin, Gewalthaber der etc. Lande — Ausschreiben an alle Christl. hohen Potentaten: Darin jeder menniglich für Augen gestellt wird aus was erheblichen Ursachen sie sampt andern dero verwandten und unirten Königen, Chur-Fürsten und Stände zu diser vorstehenden Kriegsrüstung und defension genöthiget worden.

Gedruckt erstlich zu Düsseldorff, nachgedruckt zu Laugingen durch M. Jacobum Winter im Jahr 1610. Jussu, auctoritate et privilegio Principum.

Scrpt. Unionis. = Gemein Ausschreiben der Unirten evangelischen Churfürsten, Fürsten und Stände des Heiligen Reichs, Auf was Ursachen sie sich mit einander in ein engern Verein und Correspondentz zu begeben, Und den beiden possidirenden Fürstenthumben, Land- und Herrschaften, die hülffliche Hand zu bieten, bewogen worden. Anno 1610.

Relatio Augustae. = Relatio das ist ausfürlicher Bericht was sich seithero des jüngsten Herzog von Gülch ableiben von 1609 — 1. Sept. 1610..... verlauffen hat. Augspurg 1611.

LIBER PRIMUS.

De machinationibus imperatoris. De unionibus Praetendentum, de certaminibus eorum, ao. 1591—1609.

Julia, Clivia, Marchia, Montes, Ravensteinia, Ravensbergia seculo XV. in duo imperia congregatae inde ab anno 1521 uni parebant duci. Anno enim 1495 inter duces Juliae et Cliviae pactio hereditaria constituitur iis conditionibus, ut ubi Guilelmus pater, cui nulla virilis esset stirps, vitam reliquisset, Maria nobilis e gente Juliaca Joanni Clivensi marito ducatum cum Montibus ac Ravensbergia in dotem conferret. Jta jam tunc stirps virilis cum defecisset in ducatibus Juliae femina heres est permissa. Patre igitur anno 1521 mortuo quum Guilelmus jam antea nullo filio superstite diem obiisset supremum, Joannes primus omnes terras Juliae Cliviaeque mille centum nonaginta milia passuum quadratos intus continentes regebat. Qui quum anno 1539 vivere desiisset secutus est Guilelmus IV. Qui morbo animi afflictus quum filius Joannes Guilelmus terrarum heres jam ab aetate puerili tam infirma valetudine talique animi imbecillitate laboravit, ut proprio arbitrio rem publicam administrare non posse videretur, ipse anno 1590 imperatorem rogavit, ut cura rei publicae suscepta (quod filius imperium subire non posset) et terras a Hispanis vexatas defenderet et civitatem male affectam ordinaret.[1] Similiter dux anno

[1] Ex epistola quadam ab Ernesto Marchiano et Volfgango Neoburgico ad Leopoldum archiducem die 11/21 M. Sept. 1609 data, in Rer. Jul. Fasc.

1590 a maritis filiarum petiit, ut rebus publicis consiliis suis adessent. Verba non faciam de damnis, quae terrae ex bello cum Hispanis de Hollandorum libertate exorto contraxerunt neque de inopia rei publicae. Quae tamen tanta fuit ut creditores publici, quum neque dux neque ordines vel veteres vel quas anno 1573 fecerant versuras dissolvere possent singulas partes in Hollandia pugnantes, ut in Julia exactores existerent, orabant. Ad pericula autem armorum Hispanorum quod attinet imperatoris fuisset circulos imperii, ut Juliam defenderent, provocare: Rudolfus calamitatis nulla habita ratione nisi quod litteris quibusdam Hispanorum saevitias devincere studebat, rem neglexit. Neque a principibus imperii auxilium allatum est. Nam tam in conventu Vormatiensi (vulgo Reichsdeputationstag), quam in conventibus et Coloniae et Francofurti [2]) habitis, etsi etiam atque etiam ad defendendas terras quae agenda essent, considerata erant, nihil constitutum est.

Neque in conventu circuli Francici Norimbergensi res processit, quem tamen praeterire non possumus quod tunc, ut videtur, primo generi Guilelmi ducis Juliaci qui spe longinqua usi eo jam tempore terrarum Juliacarum Interessentes se nominabant, ad deliberandas res accesserunt. Hic quidem quamvis Philippus Ludovicus Palatinus Rheni Neoburgicus summo studio rebus incubuisset, nihil aliud definitum est, quam ut ex electoribus quaereretur, quaenam ab aliis circulis speranda essent auxilia.

Itaque quum ab illis partibus quae fuerunt imperii nihil ageretur, Interessentes ipsi cum statibus Juliae Cliviae ceterarumque provinciarum quo tempore commissarii a Caesare delegati urbem attigissent Duesseldorpium convenire, m. Septbr. 1591 statuerunt. Quo in conventu quum Interessentes primo in terris ipsis publicis rebus componendis darent operam tum imperator primo qua politica ratione

---

[2]) Quos ao. 1590 fuisse ex epistola ab ordinibus Juliae scripta (d. 30. M. Nov. 1591) intelligitur Mscrpt. Hdlbrg.

in rebus Juliacis uteretur vel pro futuris quid moliretur, perspiciebatur.

Itaque in rerum progressu hic conventus sane non parvi est momenti.[3] Inde enim partes singulas a singulis se sejunxisse, inimicitias oxortas esse, exortas etiam et vindicias et expostulationes, quae ao. 1609 repetitae sunt, nos quidem putamus.

Neque in his certe rebus tam ambigua incedimus fide. Contingit enim nobis, ut quae princeps, qui Dusseldorpii de rebus optime meruit, Joannes Palatinus Bipontinus, cum imperatore et statibus provinciarum et praesertim cum commissariis egerit ex litteris ipsis actisque publicis repraesentare possimus. Quorum exemplar ad electorem quendam Palatinum missum (in libro quodam 250 paginarum forma maxima) in bibliotheca Universitatis Heidelbergensis exstat.[4]

De conventu Duesseldorpensi 1591 und 92.

Mensi Septbr. (Senkenbergius scribit 25 m. Septbr.) Maria Elenora cum Anna filia natu maxima ex Prussia simulque cum ea Palatini et Neoburgicus et Bipontinus Dusseldorpium venerunt. Quibus morte Guilelmi IV. appropinquante, quum Joannes Guilelmus filius tam corporis ex parte quam animi ad res gerendas esset inutilis, nihil fuit potius, quam ut in Julia novum firmumque instituerent imperium.

Duae potissimum res in proposito erant. Terrae enim quomodo ab armis Hispanorum denfendi possent, primo deliberandum erat, deinde quomodo et administratio et imperium ordinarentur. Interessentes in illis sua sibi jura servanda esse censebant. Sperabant igitur fore ut de rebus componendis suae sententiae a commissariis audirentur. Joannes Bipontinus qui Interessentum nomine et cum statibus

---

[3]) cf. in Excursu II.

[4]) liber inscriptus est Verhandlungen zwischen dem Pfalzgrafen Johann und dem Kaiser, in Sachen der Fürstenthümer Jülich, Berg und Cleve von 1591 und 92.

et cum commissariis res tractabat, proposuerat, ut ad defendendam patriam indigenis ipsis arma darentur. Quibus maxime de rebus Joannes Palatinus junctis consiliis cum commissariis agere cogitabat.

Delegati enim ab imperatore fuerunt Ludovicus de Hoyas cui Richsenstein parebat, camerarius imperialis, et Danielus Prinz Buchavensis, in senatu provocationum consiliarius.

Quaenam eorum de defendenda terra foret sententia, non diu dubitari poterat.

Nam quo tempore commissarii Dusseldorpii rem agebant (ad finem scilicet mensis Octobris) imperator Coloniae per legatos inter Hollandos et Hispanos pacem conciliare studebat[5]). Itaque commissarii nuntiabant, non opus esse armis indigenarum; ex intercessionibus imperatoris Coloniae actis pacem orituram esse.

Quorum vota nemo admirabitur. Commissarii enim, quibus mandatum erat, ut terrarum imperium Rudolfo clam suppeditarent, nihil magis prohibebant, quam ut exercitu indigenarum conscripto, Joannes Palatinus in terris majorem sibi pararet potestatem. Quem cum vel maxima parte ordinum, quorum privilegiis favebat, quorumque nomine quaerimonias ad legatos imperatoris detulerat, arctissime conjunctum esse intelligebant. Quam ob rem in rebus publicis deliberandis non modo consiliis tam statuum quam Palatini abstinebant (ex duobus cancellis quae Dusseldorpii et Cliviae erant paucis modo adhibitis consiliariis). Sed etiam statibus infestissimi existebant.

Qui, antequam commissarii, quorum haud laetis animis expectaverant adventum, venissent, Guilelmum ducem senem ut vetera eorum confirmaret et jura et privilegia, rogaverant. Dux autem, Jacobaea, Joannis Guilelmi filii uxore e stirpe Badensi intercedente, quamvis petentibus propenso in ordines tunc usus studio satisfecisset, tamen a commissariis deductus (quum difficile non sit invalidi senis flectere ani-

---

[5]) Ex litteris Joannis d. 18. Oct.: scriptis. Mscrpt. Hdlbg.

mum) quae praestitisset irrita esse jussit[6]). Exacerbavit igitur statuum animos non tam Guilelmus, qui confirmata privilegia retractavit, quam commissariorum fraus, qua senem illum inopem vanis formidinibus timefactum de sententia sua deduxissent. Nam quum mala fide enunciassent, ordines exterorum dominorum, quorum auxilio summa rerum arriperent, esse studiosissimos, ducem invitum ut privilegiorum abolitionem, quam diu recusaverat, nominis subscriptione sanciret, induxerunt[7]).

Quumque ordines pronunciassent, si nova molirentur, fieri posse, ut plebs seditionem faceret, depravatis eorum verbis et in pejus mutatis commissarii ad imperatorem retulerunt, ab ordinibus tumultus parari[8]).

---

6) De hac re Joannes Palatinus in epistola d. 29. m. Oct. data (fol. 22—46) „hätt (sc princeps) seines Theils davor gehalten dass d. Gesandten nicht mit zuthun etlicher weniger Rhät den löblichen Altten Fürsten Inn jezigem hohenn Alter Inn so kurzer Zeit zu gebung etlicher massen wiederwerttiger beschaid soltten bewegt haben, dann I. F. G. besorgen da solche handlung vor andre Leuth solte gelangenn, solches ein selzambs ansehenn würde gewinnen, wollten Ihres Theilsz wünschen, dass es underlassenn." Et ordines: (fol. 119) „Von Ihnen den Herren Commissarien eine beschwerliche vnd den Landständen an ihren privilegien nachtheilige declaration von unsern verstorbenen gnedigen Herrn (epistola d. 29. m. Jan. 1592 data est) Fürsten *erzwungen,* welches doch Ihr F. G. *gans vngern vnderschreiben wollen.* Doch zuletzt durch etliche darzu *inducirt* worden, zu welcher *aufbringung* auch *vngleiche narrata gebraucht.*"

7) cujusmodi ordinum consilia non cernuntur. Joannes Palatinus ordinum nomine cum Hollandis quidem et cum Parma duce tractavit, sed certe non ut alteris se adjungeret partibus, sed ut terris Juliacis parceretur locaque restituerentur oppressa. Praeter ea Joannem rerum ordinandarum potius, quam imperii cupidum fuisse, intelligitur ex litteris ab eo ad commissarios scriptis, in quibus dicit; Es sei das Regiment so beschaffen, dass demselbigen beyzuwohnen sich nit bald jemand darumb würd reissen.

8) Quorum relationibus imperator confidisse ex epistolis Rudolfi ad ordines datis constat. Quae quid continuerint ex litteris ab ordinibus ad Joannem Palatinum et Jacobaeam (d. 29. m. Jan. et 1. m. Febr. 1592) datis, constat. Quorum intercessione quae imperator sibi exprobrasset deprecari studebant. Qui inter partes Protestanticas summa

Commisssarii itidem ordines quod a duce petiissent, ut privilegia confirmarentur, reprehenderunt, exclamantes solius imperatoris esse privilegia et dare et confirmare. Quin etiam atque etiam imperatorem, quam si nullus adhuc viveret dux, rectum terrarum esse dominum et unicum huc ac illuc in vulgus edebant. —

Quo accessit, quod commissarii cum iis maxime communicabant consilia, qui ordinibus odiosissimi erant; qualis praeter ceteros Guilelmus de Waldenfels, cognomine Schenkern appellatus. Qui, quamquam fidei catholicae erat addictus, ao 1591. Juliae oppido a duce praefectus est[9]), non parva scilicet ordinum Juliacensium indignatione, qui proferebant, contra leges esse et jura quod e Montanis quidam, cui munus mandatum esset patrium (fuit enim Schenkerus in Montibus mareschalcus), in altera provincia, qualis Julia, inter magistratus reciperetur. Dux denique precibus statuum victus paulo prius quam commissarii venerant, Schenkero successorem dederat. Ille autem favore commissariorum munitus est.

Qui imperatoris quanto ex usu foret, si Julia, quod oppidum in tota provincia esset firmissimum terrarumque quasi caput, in potestatem ejus redigeretur, quum non negligerent, imperabant, ut Schenkerus non modo restitueretur, sed etiam sub nomine imperatoris Juliam detineret[10]).

Unde non injusto clamor omnium exortus est; commissarios subditos ab officio domini, quam si in civitate nullus esset, abducturos esse.

Quibuscum consentiunt, quae supra diximus, commissarios recusasse cum principibus duci proximis necessariisque

---

auctoritate florebat Vliricus ab Dhaun, cui Falkenstein parebat, vel maxime imperatoris in suspicionem adductus erat. Mscrpt. Hdlbrg. fol. 101 bis 107.

9) Chron. Beeri a Lahr ao. 1595.

10) Quin etiam litteris eum jusjurando in fidem imperatoris obligatum cuivis, qui a praefectura eum removere inciperet conatum, armis, si opus esset, repugnare jusserunt.

et statibus junctis consiliis, quomodo res Juliacenses reficerentur, habere deliberationem. Joannes Palatinus igitur frustra legatos sollicitaverat, ut quae iis ab imperatore mandata essent et praecepta, sive ex litteris ipsis, sive ex relatu in medium proferrent[11]).

Quarum rerum Joannem usque in diem 8 m. Oct. nihil sciisse, quamvis per duas vel tres hebdomades flagitasset, ex epistola ejus colligitur. Atque postea quidem partiuncula modo minima praeceptorum imperatoris palam facta est[12]).

Quae quo spectarent facile intelligi potuit. Commissarii enim nihil antiquius habebant, quam ut privilegiis ordinum elusis res publicae ex voluntate modo imperatoris et consiliariorum quorundam, quos sciebant imperatori se subjecturos esse, temperarentur. Itaque de privilegiis quum jurgium esset, tales modo viros in societatem consilii assumebant, quales omnia ad suam potius referrent utilitatem quam ad communem statuum, ex quibus ipsi erant[13]).

---

11) dicit Joannes in litteris d. 8. m. Nov., nihil se magis optasse quam, alss dass I. Kay Matt Ihnen den Abgesandten mitgegebene Instruction oder Uffs wenigst deren Inhalt wie sie von Anfang Undt biss noch Jederzeit begehrt deroselben von Ihnen den Herrn gesandtenn entwed volkomblich oder aber extracts weiss Inn schriften were zugestellt worden. (Mscrpt. Hdlbg. fol. 28 bis 46). Epistola commissariis data est.

12) Haec fuit (Mscrpt. Hdlbghe fol. 68): Wofern dann vielleicht bey Jetzt angeregten Puncten der Regierung sich die Pfalzgrafen oder hochgedachte Marggreffin oder jemandt anders von Irentwegen *Understehen wollen* Unsern Commissarien eintrag Zuthun und das Regiment an sich zu ziehen, das sollen sie bei den Rhäten und Stenden mit glimpffen vorkommen und allenthalben doran sein Undt Underbawen, das solches vorhaben nitt statt gegeben werde, sindtemal dieses orts allein Unnss allss den Obersten haubt vnd Lehenherren bey so geschaffenen stande vnd sonst niemand Ichtes zu statuiren oder ordnung zu geben geburt. *Praeter haec ne verbum quidem edebatur.* cf. pag. 12.

13) De quibus ordines sic locuti sunt: es ist auch zu bedauern, dass solche Räthe und Landstende, *welche sich u. d. Ihrigen vornemblich suchen in grossen huldenn und ansehn zu bringen,* den Gesandten nit allein bei wehrendem Landtag allen Vorschub vnd befurderung gethan......

Neque multi fuerunt qui causa deserta publica cum commissariis rationem communicabant. E consiliariis Clivensibus nullus, e Juliacensibus perpauci[14]).

Accesserunt ex ordinibus quidam rerum novarum cupidi, religioni catholicae addicti, quibuscum Schenkerus stetit. Quorum auxilio circumdati et adjuti commissarii d. 9. Dec. recessum quendam — ut dicebant — conceperunt: *quo* constitutum est, quo modo res publicae, quamdiu dux et filius heres aegrotarent, administrarentur. Quo ex recessu commissarii quo modo ordinum privilegia tractaverint, patet. Edicunt: ut provincia quaeque ex veteribus juris consuetudinibus moribusque traditis gubernetur. Quae quidem sententia non sincera fuit; nam quae sequuntur contraria sunt. Addunt enim: quum de privilegiis habita quaestione vetera instituta commissarios effugerint, ex statutis autem, quae justa sint et legitima, intelligi non possint, res ex constitutionibus imperii Germanici et ex jure communi temperentur. In locum igitur privilegiorum provinciarum singularum pro unaquaque unum illud jus imperii commune substituitur[15]).

De quo recessu quae status ceusuerint infra enarrabimus. Prius de Interressentum cura nobis agendum est. Qui quum bene intelligerent, commissarios inopia ducis et imbecillitate in imperatoris commodum abusuros esse, neque nescirent, rem publicam animis flagrantibus turbatam potius esse quam

---

14) Consiliarios Juliacos, qui catholicae fidei addicti erant, contentiones cum ordinibus habuisse, ex litteris imperatoris ad Jacobaeam ducissam datis Pragae d. 27. m. Nov. 1591 constat, in quibus scriptum erat, sperasse imperatorem commissarios auch dem zwischen den raethen und Ständen entstandenen unuornehmen und misstrav füglich helfen würden. Mscrpt. Hdblg. fol. 108—111.

15) Dicunt commissarii. Jedes Fürstenthum soll nach seinen Privilegien alter gewohnheit und herkommen regirt werden. anthithesis. Da man aber *mit ermeltem alten herkommen nit konnte zukommen*, auch die *statuta keine maase noch ordtnung gebenn*, so solle des heiligen Reichs-Constitutionen auch die gemein beschriebene rechten gebraucht undt die Justiz darnach gestellt undt administrit werdtenn.

pacatam, quumque ne tunc quidem plane adduci possent, ut crederent imperatorem, quae commissarii agerent probare, d. 10. Nov. Rudolfum iterum ut terris diligenter prospiceret, salutique consuleret oraverunt[16]).

Quorum precibus nihil effectum est. Tamen Joannes certior quum factus esset, commissarios recessum quendam composituros esse, eos, ne tali incumberent operi, quale contra fas esset et jus, obsecrabat. Sensit enim Guilelmum ducem, qui ao 1590 ipse imperatorem, ut in rebus Juliacis ordo fieret, implorasset, id quidem in animo habuisse, ut qui ab imperatore mitterentur nihil nisi et ordinibus et principibus propinquis auditis tentarent. Joannes igitur legatis scripsit, ne recessum vel conciperent vel ederent[17]); qui si fieret commissarios extra terminos mandatorum imperatoris excessuros esse. Sperabat enim, fore ut imperator quae commissarii contra ordinum voluntatem de recessu mente agitabant, repudiaret. Quae vero longe alia fuerunt.

D. enim 27. Nov.[18]) antequam recessus factus esset ad Jacobaeam epistolam dedit imperator, cui inscriptum erat, sperasse imperatorem principes, ordines, consiliarios, cum commissariis res collaturos esse.

---

16) Quam epistolam invenimus in cod. Mscrpto. Hdlbrge. Subscripserunt eam Joannes Palatinus et Maria Eleonora. Philippus Ludovicus sine dubio Duesseldorpio decesserat. Ubi eam antea adfuisse ex litteris ordinum d. 31. m. Nov. datis intelligitur. Subscripserunt pro Philippo Joannes Caspar Roth ab Schreckenstein, Tobias Zorer, Alexius Morold, Doctores. Memoria autem dignum est, quod ab electore Brandenburgico et ab Administratore Magdeburgensi adfuerunt legati, quales Eustachius de Schliben, Sebastianus Müller, Joannes Junker Doctores, Joannes de Leben; (Mscrpt. Hdlb. fol. 56—58.) ao enim 1591 Joannes Georgius et Joachimus pater ut Joannes Sigismundus Annam Borussicam, Mariae Eleonorae filiam, natu maximam sibi desponderet egerant. Filius ao. 1591. Regiomontem missus erat.

17) Die Herrn Gesandten wollen hiemit gewarnt sein sich zu Concipirung, Edirung Und Uberlieفferung eines Recess nit zuuertieffen. Mscrpt. Hdlbgse. fol. 67.

18) Mscrpt. fol. 109—110.

Quam spem se fefellisse: esse enim aliquos qui commissariorum monitiones nihil aestimantes sub specie privilegiorum antiquorum incepta eorum ad vanum et irritum redigere conarentur. Quos et apud ducissam et apud eos, qui nullo jure imperium summam rerum appeterent, non parvo esse numero, se non ignorare[19]; commissariis igitur mandatum esse, ut Jacobaeam a talibus avocarent rebus.

Talibus igitur mandatis freti commissarii litteras a Palatino datas magna cum insolentia rejiciunt. Rescribunt igitur, Joannes non afficiat se acerrimis suis scriptis[20], saluti rei publicae se recessu illo prospecturos esse, neque, quum ex mandatis imperatoris agant, ullius esse, conata commissariorum retinere[21]. Quae quo plus haberent auctoritatis ex mandato imperatoris quam supra memoravimus partiunculam ediderunt.

Ex qua ratio imperatoris politica qualis esset, tunc primo elucebat.

Edixit enim imperator, ut legati, si Palatini aut Jacobaea vel consiliis eorum officerent vel imperium arripere conarentur, omnibus modis resisterent. Solius imperatoris tamquam supremi terrarum domini esse formam civitatis et constituere et mutare[22]. De religione autem constitutum erat ut novis sacris nullus daretur locus[23]. Unde elucet ne huic quidem rei Habsburgorum fidei catholicae studium alienum fuisse. Neque imperatorem, ut videbatur, tetigit,

---

19) quae imperator ex relatione legatorum d. 27. m. Novbr. facta scripsit.

20) scribunt: der Fürst wolle Ihrer mit dermassen scharffen hitzigen schriften verschonen.

21) scribunt: da es auss tragendem Kais. ambt geschiehet durfte niemand verhoffentlich eingreifen. Mscrpt. Hdlbrg. fol. 70.

22) Haec fuerunt verba mandati: Sindtemal dieses Orts allein Uns als den Obersten Haubt und Lehnherrn bey so geschaffenen Stande und sonst niemand Ichtes zu statuiren oder Ordnung zu geben gebürt.

23) ex altera Joannis epistola ad legatos data qua mandata imperatoris confutat. In der Religion keine Neuerung eingeführt noch derselbigen einigen Platz gegeben. Mscrpt. Hdlbrg. fol. 69.

quod pace Augustana altera quoque religio in imperio Germanico permissa erat. Joannes de parte mandati, ut diximus, certior factus ad commissarios denuo scripsit epistolam, qua imperatoris argumenta refelleret. In qua quum dixisset summum imperium Rudolfo non deberi neque rerum Juliacarum statum talem esse, qualem legati epistolis ad Caesarem datis depinxissent, commissarii responderunt, eum cum imperatore de potestate suprema contenturum non esse. Ne longiores essent: ad imperatorem quae vellet referret, commissariis hasce molestias ne afferret.

Paulo post recessus editur. D. 7. m. Dec. 1591. Hoyas de Rixenstein et Prinzius Buchavensis imperatorem de eo certiorem faciunt. Unde colligitur vel eodem die vel paucis modo diebus ante recessum compositum esse[24]). De privilegiis ordinum quae placuissent supra enarravimus. Praeterea constitutum est, ut res publicae a consiliariis administrarentur, utque duci, quantum fieri posset, cura rei publicae remitteretur. Si quid gravius accideret, ad bellum quod attineret vel ad defensionem terrarum aliasque ejus modi causas, consiliarii Juliaci cum consiliariis Montensibus et, si necessitas postularet, Clivensibus consilia jungerent. Ubi necesse esset ordinum fieret conventus, ad caesarem referretur. Duae cancellae antea jam constitutae, Cliviae scilicet, cui Clivia, Marchia, Ravensteinia subjiciuntur: et Juliae, ad quam Julia, Montes, Ravensbergia pertinebant, conservabantur.

Imperium igitur et imperatori et summis terrae aulaeque magistratibus, qui, etsi ipsi ordinum fuerunt ex numero, tamen, potiore quam habebant adjuti potestate, quumque maxima ex parte religioni catholicae addicti essent, suam potius promovebant causam quam communem ordinum, commissum est[25]). In eligendis autem et consiliariis et magistratibus vel instituendis quantum imperator valeret, ex

[24]) inveni hunc recessum in Mscpto. Hdlbg. fol. 80—90. cf. add. 26.

[25]) quaesti sunt ordines in litteris Jacobaeae datis d. 30. Dec. 1591 (9. Jan. 1592).

quo Schenkerus Juliae praefectus et in consiliariorum numerum receptus esset omnibus perspicuum erat.

De intercessionibus Interessentum et ordinum, quibus recessum deprecabantur. [26])

Atque ego quidem judico de recessu illo prima quae inter Interessentes et consiliarios atque uiter consiliarios et ordines erant jurgia, exorta esse. Itaque fieri non potuit, quin et

[26]) De recessu commissariorum anno 1591 composito apud Lacombletum in libro Urkundenbuch für die Geschichte des Niederrhein IV. p. 730 et 741 nonnulla inveniuntur, quae a nostra sententia mirifice discrepant: iteravit ea auctoritatem Lacombleti secutus dom. de Schaumburg in libro suo anno 1859 edito p. 71. Ut de minoribus incipiamus: dicit Lacombletus recessum d. 13. m. dec. conceptum esse. Ego quidem in Mscptr. Hdlbg. sub nota XIII. epistolam quandam inveni *d. VII. Dec. St. n.* scripta cum qua Hoyas de Richsenstein et Danielus Princius imperatori recessum mittunt. Mihi persuadere possum, legatum recessum prius ad imperatorem misisse, quam in lucem edidisse. Itaque commissariorum quamquam epistola d. 7. Dec. scripta est non constaret recessum d. 13. Dec. editum non esse, nisi aliae accederent rationes, quibus nostram sententiam confirmare possimus. In codice Heidelbergensi sub nota XIV. intercessiones exstant quibus Interessentes recessum refutant. Quae intercessiones datae sunt die 29. m. Nov. (St. vet) vel 9. Dec. (st. n.). Unde elucet de 9. m. Dec. recessum jam editum fuisse. Error eo consistit quod Lacombletus aliud recessum esse, aliud aliam legem, quam Regimentsordnung nominat, esse vult. Principes neque in intercessione d. 9. Dec. facta neque alio loco „Regimentsordnung“ dicunt. Appellant recessum vel nomine ipso ut: Thun ganz zierlich bedingen und protestiren, dass wir in diesen Recess weder taciti noch expresse verwilligt: vel Abschied aut Abscheid. Nunquam autem legis cujusdam Regimentsordnung verba faciunt.

Dicit Lacombletus consiliarios anno 1595, quum Interressentes inde ab anno 1593 questi essent, terrarum imperium sibi plane subductum esse, edixisse: se ex recessu civitatem recturos esse *) viribusque unitis, etiamsi mors ducis incideret, recessum se sustenturos. Quae omnium solatio fuisse — zur allseitigen Beruhigung, dicit Lacombletus. Nos quidem qui recessum omnium dissensionum gravissimam diximus causam, non possumus consentire, illud commissariorum responsum vel edictum

*) die 24. m. Jul. 95 (Lac. IV. p. 744).

Interessentes et ordines illum recessum, quo juribus suis pellerentur, deprecarentur. Joannes Palatinus igitur et qui a Philippo Ludovico Neoburgico relicti erant legati: Roth ab Schreckenstein, Thobias Zorer, Alexius Morold doctores die lunae 9. Dec. Dusseldorpii in domo principis ante scribas publicos rite justeque, quae commissarii extremo edixissent judicio, quum molesta sibi essent juribusque adversa recusaverunt. Commissarii enim non communicato consilio cum consiliariis, ordinibus, Interessentibus rem egisse, sed ex ipsorum modo arbitrio, tamquam qui eos misisset supremus terrarum esset dominus. Quae quidem quum veteribus institutis essent aliena et magno cum incommodo ducis heredumque ejus et posterorum definita essent ab Interessentibus nec „tacite approbari posse nec expresse." Cujus causae testes et judices imperatorem et status imperii Germanici communes se appellare. [27])

omnibus partibus attulisse solatium. Sed ne nos ipsi loquamur, Interessentum de edicto consiliariorum d. 24. m. Jul. anno 1595 dato audiamus vocem. Scribunt Ernestus Marchio et Wolfgangius Guilelmus d. 11/21. Sept. 1609 ad Leopoldum archiducem **): und ob wol den 24. Juli anno 1595 etliche Raeth sich angemast, eine vermeinte Ligam und Union unter sich zu ihrem vortheil auffzurichten, so haben doch nicht allein die Landständ darzu ihren Consenz nicht gegeben, sondern es ist auch als ein kundbare nullitet und res perniciosi excempli von den Interessenten jederzeit wiedersprochen. Eandem sententiam significant quae Interessentes ao. 1610 ediderunt, in Scrpt. Def. Und ob wohl nicht ohne dass etliche von den Raehten und Amptleuten bereits ao. 1595 im Werk gewesen, sich mit einander solcher Union zu vergleichen, wie es uf nun mehr begegneten Fall mit der Regierung oder sonsten bis zu Austrag der Sachen sollen gehalten werden: So ist doch solches mit gemeinem oder dess mehreren Theils der Landständ Schluss unnd approbation auss sonder beweglichen Ursachen niemalen ad effectum kommen.

[27]) Quae scripsi ex „Unvollständige Notariats-Aufnahme, Montag 29. Nov." (St. vet.) 9. Dec. (St. nov.) 7 bis 8 Uhr Vormittags zu Düsseldorf im obern Fürstlichen Gemach neben der Tafelstuben welche man das Kaiserl. Gemach zu nennen pfleget. Mscrpt. fol. 92—96. Intercessiones ordinum in Mscrpto. nominato non exstant. Quales factas esse

**) Rer. Jul. Fasc.

Scriba publicus, Interessentum procurator, cum litteris intercessionis ad commissarios missus est. Qui nullam pactionem auribus se admissuros fore, respondebant; morem esse, ut, qui causis intercederent publicis, ad imperatorem ipsum se applicarent: intercessionem igitur vanam esse et invalidam. Scriba igitur et qui cum eo fuerunt testes, postquam commissarii nomina eorum libello maudaverant, abire jussi sunt. Scriba autem quum animadvertit commissarios litteras quas iis tradiderat intercessionales, sub riscum abdituros esse, tabulis quam celerrime arreptis abiit. Qui quum ordinem rerum gestarum ad Palatinum legatosque Philippi Ludovici retulisset, eodem die pomeridiano' scilicet tempore ad commissarios iterum delegatus est. Qui quum scribam monuissent, ne in tales se imponeret causas, tabulas sicut antea repudiabant. Scriba igitur tabulis ad solum dejectis ira flagrans abiit. [28])

---

tam ex litteris ab Interessentibus datis quam ex epistola quadam, qua imperator, postquam legati Duesseldorpio decesserant, ordines, ut commissariorum obedirent praeceptis, adhortatus est, nec non ex litterarum quodam monumento, quod exstat in Senkenbergii historia imperii Germanici in parte XVIII. p. 263. seq. quod quando scriptum sit in excursu II. disseremus. Est autem ex mscrpto. quodam Bibliothecae Giessensis fol. 861. exscriptum. Cujus monumenti verba memoria satis digna videntur: wie dan sie die Commissarii zu den Ende bey Loebzeiten weyland des Alten Hertzogs Wilhelm sehligen sich mit den Raethen des Recess verglichen haben/ sollen/ so sei doch Ihrer kay. Matt hingegen unverborgen/ das solches ohne Unser zuthun und Verwilligung geschehen/ ohn angesehen wir theils in derr Person theils durch unsere Gesandten/ gegenwärtig gewessen und wir derohalben mit solcher Verfassung damals/ wie auch noch nit/ zufrieden sein köhnnen Sondern dafür zu bitten verursacht worden/ Inmassen dann auch die Landstände gemelten Recess auss sonderbaren Erhöblichen Ursachen Wiedersprochen Und denselben anzunehmen bedenkhens Getragen. His et similibus satis clarum, recessum nunquam „solatio“ fuisse. cf. pag. 14. in add.

[28]) Mscrpt. Hdlbg. fol. 96—98. Litterae intercessionales neque a Maria Eleonôra neque a legatis Brandenburgicis subscriptae sunt. Ducissa Duesseldorpium ante diem 9. m. Dec. reliquerat, Brandenburgi autem et Borussi, qui eo tempore Duesseldorpii versati erant, in libros aerarii

Commissariis ad aulam reversis imperator tam ordines quam Vhirichum ab Dhaun, qui inter partes protestanticas primas obtinebat, et Jacobeam ducissam severis verbis tam vituperat, quam admonet. Cujus epistolae ad Joannem Palatinum commissae sunt.[29])

Tali igitur modo ratio imperatoris politica certis quibusdam terminis fixa est, antequam Brandenburgi ad rem Juliacam propius accedebant.

Maria Eleonora enim, quum e Julia redux Berolini inde a tertia m. Decembris hebdomade commorata est, Annam filiam Joanni Sigismundo, juveni egregio, Joachimi Friderici, electoratus Brandenburgici heredis filio maximo natu, despondebat.

Brandenburgi ad rem Juliacam accedunt. 1593.

Neque profecto Brandenburgi et praecipue Joachimus Fridericus[30]) inde ab illo tempore rem Juliacam negligebant. Quumque recessu anno 1591 facto imperator nihil prospexisset, ut terrae defenderentur, eoque proventum esse Brandenburgi intelligerent, ut terrae vel perderentur, vel ab aliis dominis occuparentur, nisi Interessentes res publicas ordinare inciperent formamque rei publicae restituerent, alios Interessentes, ut cum se et electoribus nec non principibus fidei evangelicae addictis Francofurtum convenirent, invitabant. Neque Brandenburgos tamen fugit ardum esse, Interessentes foedere quodam conjungere. Quae anno 1591 inter conventum Duesseldorpensem

---

Duesseldorpensis cum non magno suo honore relati sunt. Qui pro hospitio iis solvenda fuissent 3382 thaleri expediti non sunt (ex tabellario Duesseldorpii urbis).

29) Mscrpt. Hdlbg. fol. 107—119.

30) Nam Joannem Georgium rationi imperatoris politicae quam studiosissimum quum de hereditate illa quanta exorirentur jurgia animo praevidisset, rebus Juliacis non admodum favisse nuper edocuit Droysen in hist. Brandenburgiae politica II. 2. p. 517 et 522.

certamina incidissent[31]) certe non obliti erant. Qualia eos de successione futura maxime habuisse, eo potissimum colligi potest, quod Brandenburgi in litteris, quibus alios Interessentes invitaverunt, edixerunt, ut tractatus Francofurtensis juribus hereditariis Interessentum et vindiciis nihil detrimenti allaturus esset.[32])

Quae quum placuissent in diem 1. m. Februar: conventus indictus est.

Brandenburgi miserunt Carolum comitem de Mansfeld, dominum de Heldungen, Joannem de Leben Bellendorffensem, Gerhardum de Bert, Sebastianum Müllerum, Joannem Bottnerum, juris doctores. A Palatino delegati sunt: Joannes Godofredus a Seckingen, Tobias Zorer, Alexius Morold, Joannes Sturz, juris doctores. Quibus elector Palatinus, qui tunc primo in res Juliacas animum intendit, Leonhardum Schuch, juris doctorem, substituit. Legati igitur decreverunt, ut Interressentes id potissimum agerent, ut terrae Juliacae

---

31) Als dass man aber zu Düsseldorf der sachen uber zuuorsicht nicht einig allhie werden khunnen. Ex relatione legatorum qui ad conventum Francofurtensem missi erant. Mscrpt. Bibl. Berol. fol. 852. De recessu tunc dicitur: Es hat aber durch zugefallene verhinderungen.... widder der *landstande erachten*, streits und irrungen Im gleichen vnd Zuförderst dass d. R. Kay. Mt. unser aller Gnedigster Herr durch eine dahin abgeordnete Commission und dabei eingefügte Handlungen und erfolgte Verabschiedung, darwidder doch von *Allen theilen* Protestirt worden, nichts fruchtbarlichst verricht werden khönnen. Mscrpt. Berol.

32) Scriptum est in relatione de conventu Francofurtensi, quam inveni in codice Mscrpto. Berolinensi fol. 852, Brandenburgos liberaliter pronunciasse, dass solches (die Frankfurtische Zusammensetzung) Jederm theil under den Interessenten Ahn Ihrer künftigen successio und rechten ohne Nachtheil und schaden sein und bleiben solle.

Et supra: derowegen mehrgedachte Herrn Pfalzgraffen von dem Chur und Fürstl. Hause Brandenburg in verscheidene wechselschriften eine freundliche, *getreue* vnd *ohngefehrliche* Zusammensetzung vorgeschlagen, damit solche *mehr* zu erhaltungh obangeregter Landte vnd vmb der betrangten Lande wolfahrt willen ahngesehen, *als zu* etwas *anderes gemeint* werde.

apud imperium Germanicum integrae manerent,[33]) utque ab Interessentibus ipsis summis viribus defenderentur, et ex veteribus institutis, privilegiis, moribus administrarentur. Praeterea id praecipue cavendum esse, ne propter religionem molestia alicui afferretur. Denique si stirps ducalis exstincta esset, ne alter alterum jure hereditatis spoliaret, sed ut causa arbitrio amicorum committeretur, neve quis terras praeoccuparet.

Quibus decretis, quum Brandenburgi intelligerent, tractatum invalidum fore, nisi ordinum ducatu fieret consensus, Gerhardum de Bert, qui cum iis de rebus Francofurti tractatis ageret, delegaverunt.

Qui quum Cliviam venisset ordines Clivenses, ut cum aliarum terrarum ordinibus Hambachiam in diem 17. m. Maji coirent, evocavit.[34])

---

[33]) Dicunt principes: Die eingriff auch praejudicial-handlungen so her sider vorgangen gantz gefehrlich aussgesehen, und mehr allerhand unheils nach sich gezogen, dahero denn zu besorgen gestanden, wo man zu Allen theilen nit Auf andere mittel und wege trachten würde so man ganz vmb dise Lande gebracht werden kinde. Et infra: die Rhäte haben kraft ihrer vollmacht beschlossen, dass d. Herrn Pfalzgraffen vor sich dero Erben vnd Nachkommen, wie auch die Hertzogin in Preussen vor sich, Ihre geliebte Kinder vnd Erben dahin trachten, damit dieselbe Lande Inm heil. Reich nicht abgerissen, in frembde Hand gerathen, *von einander getrennet* vnd den künftigen Erben und Interessenten zu Nachtheil eines Jeden daran habenden rechten entzogen werden kunnen."

Und soll solche trewliche Zusammensetzung Kheinen theil ahn seinen rechten nachtheilig oder verhinderlich sein, sondern nach aller seides besten u. notturfft einander uffrecht, Fürstlich vnd *treulich meinen, gleiche handt ahnlegen*, im anderen berathen sein vnd befürdern helfen, wess sowoll der regierungh, als hülfleistvngh die notturfft erheischt vnd semtliche Land bestes zu zeitlicher vnd ewiger wolfahrt nützlich vnd erspriesslich fallen möge. In sonderheit aber mit dahin sehen, dass die im Lande biss daher geführte religion einen vnd den Andern gegönnet vnd dabei gelassen wer." Mscrpt. Bibl. Berol.

[34]) Ex epistola a consiliariis Clivensibus ad Joannem Guilelmum ducem data d. Cliviae 18. m. Maji 1598 in: wahrhafter gründtlicher Bericht unnd Bedencken etzlicher Rechtsgelehrten über die Beschaffenheit der eigenmächtigen Beysammenkunfften deren von der Ritterschaft

Similiter igitur Montium et Marchiae ordines ad Habachiam invitati sunt. Quae quidem Joanni Guilelmo duci non minimam injungebant injuriam. Nam Gerardus de Bert quum „litteras suas credentiales“ non duci ipsi sed consiliariis modo reddidisset, tum ordines ut propria voluntate conventum indicerent, adduxit. Quod quidem contra leges ducatuum publicas tam veteres quam novas fuit. [35])

Itaque dux de legatione Berti a consiliariis certior factus ordines ne Hambachiam se conferrent neve cum Berto vel alio quoquam secreta inirent consilia, cohortatus est. [36]) Accessit quod legatus Brandenburgicus ordinibus Juliacis nescientibus alios ordines in conventum Hambachensem, qui est Juliae, invitaverat. [37]).

Coventus igitur Hambachensis impeditus est. Ordines autem tam Cliviae quam Marchiae et Montium litteris Duesseldorpii d. 26. m. Maji datis Joachimum Fridericum rogant, ut quantum possit a Joanne Guilelmo duce petat et summe contendat, ut omnium terrarum ordinum fiat conventus. [39])

Qui eodem anno Duesseldorpii factus est.

---

und Städten im Herzogthumb Cleve und Graffschafft zu der Mark, Cleve etc. 1657 gedruckt bey Tobias Silberling.

[35]) in tractatu Essendiano (quo terrarum unio confirmata est 1587) constitutum erat, ut ducis esset terrarum communes ordines convocare utque consilium dilectorum ex ordinibus virorum duce inscio nihil ageret. Wahrhafter etc. Bericht pag. 20 et pag. 107 et 108.

[36]) cfr. Wahrhafter und gründtlicher Bericht pag. 113 et 114.

[37]) ex epistola Joannis Guilelmi ordinibus Marchicis aliisque datis (d. 10. m. Maji) kombt uns fast frembd vor die eigenwillige Tagsetzung zumal umb so viel mehr weil ein solches in diesen unsern Erblanden unerhoert niemahlen in Uebung oder Brauch gewesen, ja die Jülische die dannoch auch auff den Fall dazu gehören mussten darüber nicht gehört vielweniger ihres Theils darin gewillt. Ordines Juliacos jam tum ab aliis sese junxisse ex multis locis intelligitur.

[39]) wahrhafter etc. Bericht pagina 115. In hasce res qui altius penetrare posset quanti quae tum exorta sunt jurgia in rerum progressu essent momenti cognosceret. Ordinum licentia eo jam progreditur, ut sua sponte conventus convocandi sint censeant, Consiliarii qui conatus

De conventu Duesseldorpensi ao 1593.

Joannes Georgius enim, Joachimus Fridericus, Georgius Fridericus, qui inde ab anno 1577 Prussiam administravit; Palatinus Neoburgicus, Palatinus Bipontinus, qui recessum imperatoris adhuc deprecabantur, quum intellexissent auctoritatem et jura Interressentum in ducatibus satis esse minuta, legatos Dusseldorpium miserunt. Quibus mandatum est ut cum ordinibus universis, quo modo firmum imperium institueretur, consulerent. Sperabant igitur, fore ut quae commissarii imperatoris duobus fere annis antea ausi erant, ipsi efficere possent. Nam quamvis non nescirent, consiliarios iterum atque iterum ab imperatore petiise, ut res Juliacae secundum recessum temperarentur, tamen eos non fugit, ordines adhuc usque summopere recessum repellere. Eoque magis fieri debebat, ut illi cum Interessentibus se conjungerent, quod nonnullis jam ex partibus evulgabatur, imperatorem terras Juliacas aliis dominis pretio daturum esse[40]).

Dusseldorpii quum conventus erat, placuit legatos ad Caesarem cum libello quodam mitti. Qui ad diem 25. m. Nov. in illum se conferre locum, quo Rudolfus commoraturus esset, jussi sunt. Libello autem inscriptum fuit[41]): recessum ab imperatore constitutum, quum neque Interessentum juri-

---

eorum impugnant in certamen cum ordinibns veniunt. Jacobaea ducissa quum ordinum conatibus aequo modo resistat (cfr. wahrhafter etc. Bericht pag. 191) ordinum, — quumque summas rerum appetat, consiliariorum jam tum suscipit inimicitias. Quas paucis annis post ei tristissimum parasse exitum constat. De caede ejus (1597) nihil dicam praeter quod anno 1600 jam consiliarios et Schenckerum praecipue interfectores fuisse divulgatum sit. (cf. Beer a Lahr pg. 75.)

40) Rex Hispanorum nominabatur.

41) Libellus quem nominant: Memorial Johann Georgs, Georg Friedrichs, etc. was die herren Gesandten bei Roem-Kais. auch zu gross hungern und behaimb König Mayt unsern allergnädigsten herrn allenthalben verrichten werben und anbringen sollen exstat apud Senkenberg XIX. Senkenbergium non recte judicasse libellum ac 1595 scriptum esse in excursu II. demonstravimus.

bus neque ordinum satisfaceret, immo vero obstaret, ab ordinibus aeque ac ab Interessentibus rejectum esse: terras non minus quam antea turbatas. Neque aliter profecto tristem rerum statum commutari posse, nisi imperator Interessentibus, qui — ut maritos deceret — patroni essent heredum feminarum, summum imperium committeret atque quum dux ipse inauguratione feudali adhuc usque careret, ut principes inter clientes imperii reciperentur.

Quae quidem Interessentes non propriis modo consiliis commotos sed ab ordinibus plerarumque saltem provinciarum adjutos petiisse ex multis libelli locis intelligitur: iterum ac saepius dicunt quae de imperio instituendo proponerent non se ipsos modo sed etiam ordines petere[42]).

Quibuscum optime consentiunt quae alio loco invenimus: ao 1593 plerosque ex ordinibus Clivensibus Montensibus Ravensbergensibus Marchicis[43]) Interessentibus terrarum et administrationem et curatelam obtulisse[44]). Itaque non dubito dicere eodem anno 1593 Interessentes in causa, quam de imperio instituendo habebant, non tam male profecisse: neque unquam nec antea nec postea res eorum tam valide ab ordinibus sublevatas esse.

Non nego consiliarios etiam tunc ab opinione ordinum longe discessisse: infestissimi esse debebant, dum nihil potius eniterentur, quam ut recessus quem illi deprecabantur,

---

42) cf. Senckenberg l. nom. Daher hätten sich die Fürsten verglichen diesem Land zu helfen mit Autorisation Kays. Mayt. *wie auf der Landstande einwilligen* ein ordentliches Regiment etc. etc. anzuordnen etc. Bestellung des Regiments uf form wie von *uns und den Stenden* vorgeschlagen ... etc. wann die auss mittel der Räth ein anders als von uns und den stenden gesucht worden.

43) Ordines Juliaci etiam tum communi consilio deerant. cf. add. 37.

44) In epistola quadam Ernesti Marchionis d. 11/21. m. Sept. 1609. Und folgends in Anno 1593 durchs mehrer der Clevischen Bergischen Märkischen Ravensbergischen Ständen für gut angesehen worden, den Interessirten Fürsten die Curatel und Administration der Landen zu Committiren.

confirmaretur. Quae nuper modo eos a Caesare petiisse principes non nescierunt[45]).

Timebant enim ne qui a consiliariis ad Caesarem delegarentur iniquas implorarent res. Vero enim vero inimicitiae consiliariorum Interessentibus eo potius nihil nocebant, quod rata eorum non majoris incolarum partis repraesentabant voluntatem.

Multo majus vero detrimentum rebus ab Interessentibus ipsis importatum est. Quales dissensiones ao. 1591 rerum eventum non nihil turbaverant, tales ne hoc quidem tempore sepositae sunt. Quem Brandenburgi pro legatis ad Caesarem mittendis composuissent libellum, se nonnullis locis comprobare non posse, Philippus Ludovicus edixit.

Primo enim domo Palatinae „perpetuo praejudicio" fore, si in libello Georgius Fridericus, qui Marchio esset, Philippo Ludovico, qui Palatinatus frueretur honoribus, anteponeretur: deinde verba totius libelli non satis mita esse et cauta: praetermittenda esse quae de animorum indignatione atque de injusto recessu scripta essent: denique ne dicerent principes quanto odio commissariorum legationes tulissent[46]).

Neque dubito quin intima Ludovici verborum qui exquirit, iis metus quidam Brandenburgorum ad successionem qui attinebat futuram, infuisse perspiciat. Exposcit enim Ludovicus, ne Brandenburgi apud Caesarem alia afferant scripta quam ea quae omnes Interessentes composuerint. Quae, credo, scripserunt, quum timerent, ne Brandenburgi[47])

---

45) cfr. Senkenberg l. nom. Wolten uns derhalben getrösten und versehen Ihre Kay. Mayt. werden sich nicht bewegen lassen in die noch neulich von den Rähten gesuchte Confirmation berurtes Recess zu bewilligen, sondern dieselbige vermögen unser Jüngst zum Theil in schrifften und zum theil durch Schickung beschehenen ersuchen Allergnädigst einstellen, viel weniger aber gemeint sein uns von Bestellung des Regiments ..... gäntzlich aussuschliessen oder zu praeterirn.

46) Palatini litterae inveniuntur apud Haeberlinum loco nom.

47) Joannes Georgius ad filium Joachimum Fridericum scribit: will aber darauf hoffen, dass man mit Pfalz soviel als möglich deswegen (sc. de legatione) in Rechtem Vertrauen sei. Hujus epistolae d. 24. m.

ante tribunal Caesaris privata commoda quaererent, suaque quae optima erant et solidissima successionis jura, commendarent.

Interea dum Interessentum simultates haudquaquam tolluntur numerus eorum quodammodo auctus est. Saxones veterum promissorum hereditatis Juliacae recordantur. Joannes Georgius et Joachimus Fridericus d. 25. Sept. 1593. Fridericum Guilelmum, qui Christiani II. tutelam gessit, rogaverant ut Saxonia legationi quae ad Caesarem fieret, adjungeretur.

Quibus Guilelmus multo tempore consumpto quum quae de successione Juliaca Saxones in scriptis haberent studiosissime undique conquisivisset, d. 19. m. Nov. respondet: Brandenburgos non latere, Saxonibus non hereditatem modo promissam esse sed etiam inaugurationem. Ex his vindiciis rationem politicam Saxonum institutum iri. Cui Joannes Georgius paulo post Grimnitziae: Saxonum vindicias esse extinctas, ceterum Brandenburgos neminis jura violaturos esse, Saxones eo facilius legatos Interessentum sublevare posse, quod consiliarii Friderici Guilelmi tunc Pragae ad aulam Caesaris adessent.

Tamen tantum aberat, ut Saxo se ad legationem applicaret, ut scripta, quae de juribus suis hereditariis agerent' depromere perrexit. Ex quibus sibi persuadebat, istas vindicias non tam inanes esse et vanas. Iamque ad Brandenburgos, quae de terris Juliacis denuo sperare incepisset, perscripsit[48]).

Nov. datae multi loci memoria digni videntur. Ex quibus adhibeo unam: und einer den andern auch per indirectum nicht hindern und weil fremdes wälsches Beistandes sich wenig zu getrösten, muss man mit der Landes-Stände Zusprung verfahren. Num jam tum Henricus IV. rem Juliacam intuebatur?

[48]) Ex epistola Friderici Guilelmi 11. Dec. 1593 nunmehr allerhand fernere Nachrichtung durch anderweite Aufsuchung einkommen, daraus zu vernehmen, dass selbige unsere Rechte nicht so gar überaus all und erloschen, sondern vielmehr noch zur Zeit in guter Acht zu nehmen sein, dass wir in der weiss füglich den Beistand nicht leisten können.

Legati autem Interessentum nihil impetraverunt. Imperator enim quum anno 1594 negotia conventus Statuum Germanicorum aliaque impedimenta supervenirent, policitus est in res Juliacas se animum intenturum esse. Denique nihil effectum est, nisi ut anno 1595 m. Sept. Rudolfus ediceret, Interessentes juribus se non privaturum esse, novum imperium commissariorum scilicet et consiliariorum fraudem illis non facturum esse, sperare se, ducem brevi tempore in sanitatem restitutum iri[49]. Quae quidem ad pacandam Juliam nihil valebant.

De rebus inde ab anno 1596 usque ad annum 1609 gestis.

Jamque quae inde ab anno 1596 usque ad annum 1609 in Julia gesta sint, opus non est multis describere verbis.

Duas enim res in proposito habuimus: alteram ut et uniones Interessentum conjunctaque eorum consilia perlustremus et conditiones eorum, quibus unusquisque in terris apud ordines atque apud consiliarios usus sit, congnoscamus; alteram ut statum rerum Juliacarum dissensionesque partium intestinarum et conatus Habsburgorum indagemus.

Ad uniones quod attinet: post diem 17. m. Febr. 1596 iteratae non sunt, quamvis non Brandenburgia modo electoralis et Maria Eleonora Borussica[50], sed, ut infra memorabimus, alii et principes et reges multam navassent operam ut restituerentur. Atqui non negabimus unionem jam motibus illis, quos — voluntate Neoburgorum neglecta — Brandenburgus et Bipontinus soli fecerunt[51] laesam esse. Neoburgi

---

49) Quae scripsi epistolam Ernesti et Wolfgangi (d. 11/21. Sept. 1609 secutus.

50) Quorum studia quam ex aliis scriptis tam ex epistola quadam, quam Joachimi Friderici legatus, Petrus Möller, Mariae Elenorae reddebat intelligantur. Scripta est d. 7. Nov. 1606. Unio Brandenburgorum et Philippi Ludovici ao. 1595 facta commemoratur: so were doch dieselbe hernacher aus bekannten Ursachen nicht weiter kontinuirt.

51) de unionibus alio loco agam.

igitur denuo rem ad suam modo utilitatem prosequebantur. Neque Bipontini alios se gerebant.

Quibus maxime rebus tunc demum factum est, ut unio qua constitutum erat, ut Interessentes etiam si dux mortuus esset paribus juribus starent[52]), invalida fieret et irrita: sane cum non parvo commodo Brandenburgorum, quorum vindiciae, si jus successionis modo spectabatur, optime fundatae erant. Jamque quum pacta unionesque defecissent, Interessentibus de juribus modo successionis erant certamina.

Res publicae autem usque ad annum 1609 mutatae non sunt: in eodem permanebant statu in quo ao. 1596 erant. Ratio imperatoris politica inde ab anno 1591 definita fuit. Imperator enim id maxime agebat ut summas imperii non modo ordinaret sed etiam ipse teneret. Sperabat fore ut, cui terrarum administratio esset, quamdiu dux viveret, ei post mortem ducis, terrae ipsae essent[53]).

Deinde matrimonium inter Sibyllam Juliacam et Carolum Burgaviae marchionem per commissarios conciliavit. Quo matrimonio species quadam juris successionis in domum Habsburgicam transfertur: Carolus enim filius fuit Ferdinandi archiducis, Ferdinandi imperatoris filii, et Philippinae, praeclarae virginis e gente Velserorum patricia. Neque Hispani spem terrarum demittunt, rex summos magistratus pecuniis ad partes suas allicere incipit[54]).

---

52) cf. add. 51.

53) Habsburgos rationes suas politicas re vera talibus argumentis defendisse ex epistola Leopoldi cernitur. Iterum atque iterum imperator dicit ultimum ducem et penultimum ab imperatore petiise ut civitatem ordinaret: recessu igitur composito imperatori curam terrarum esse. Dicit Leopoldus: Der Kayser sei vor dem Erbanfall bereits in übung und exercitio auch possession der Regierung und Landen als Oberrichter und Lehnherr befunden gewesen und verblieben habe auch zuerst die Hand an die Lande gelegt. Quod recessus nunquam effectus atque tam ab Interessentibus quam ab ordinibus rejectus fuit praeterit. cf. pag. 14. et pag. 18.

54) Quibuscum cfr. epistolam domini de Puisieux in: mémoires de Boderie pag. 60. Villeroy scribit anno 1609 les officiers principeaux des pits pays

Terrae et aula a consiliariis regnantur. Jacobaea ab iis interfecta postquam res in conventibus nonnullis pertracta erat, altera uxor duci, qui orabat ne consiliarii rem praecipitarent, adjuncta est. Inter ordines et consiliarios eaedem dissensiones quae antea: ordinum aliqui tunc quoque Interessentes rogabant ut curationem terrarum susciperent [55]).

Multumque aberat ut provinciae ducatus membra unius ejusdemque corporis se gererent [56]).

Schenkerus summas tenebat: imperator ei curam vel curatelam ducis commiserat: quum Antoinetta Lotharingica terras Juliacas intravit Schenkerus virorum nobilium equitumque, qui ei obviam venerunt, fuit princeps [57]).

Memoratu dignum est quod imperium Schenkeri eodem tempore finitur quo Antoinetta ad rem publicam accedit. Inter ordines Juliacos et Montenses certamina oriuntur: Juliaci imperium ducissae approbant: Montenses et Schenkerus resistunt, Juliaci igitur recordantur, contra privilegia sua esse et injustum, quod Guilelmus de Waldenfels, Marechalcus Montensis qui sit, Juliae imperet. Resurgunt veteres

---

dépendent entièrement de l'empereur et des Espagnols et même qu'il sont la plupart pensionaires entretenus de l'ongues mains des uns et des autres. cf. Jeannin 5. pag. 345.

[55]) Ex epistola Ernesti et Wolfgangi Guilelmi d. 11/21. Sept. data und die Räthe daher bewegt worden die Interessenten durch sonderbare Schickungen zu ersuchen dass ihre LL noch bey des Herzogen leben sich vergleichen, wie es eveniente casu und biss zu Austrag der Sachen mit der Regierung und Administration der Landen solle gehalten werden. Auch sei es bekannt, dass die sämptlich Landständ bei verschiedenen Landtägen dahin getrachtet, under der Regierung eine Reformation der Herzogen und S. L. Erben zum Besten fürzunehmen.

[56]) De discidiis provinciarum disputare longius esset. Multa affert Beer a. Lahr pag. 61. 63. 67. 73. alia aliis locis inveniuntur. Terras separatis administrationibus in duo quasi corpora distractas esse supra memoravimus. cf. pag. 13.

[57]) Beer a Lahr p. 62. et 66. Quibuscum confer quae ille de decessione Schenkeri tradit pag. 78.

inimicitiae inter Schenkerum et Joannem de Rauschenberg, qui ante illum Juliae praefectus fuerat[58]).

Re vera fieri non potuit, ut Schenkerus, quam habebat potestatem, ultra gereret, quum ducissa ad rem publicam accessit. Lotharingia, Bavaria, Francogallia, Ferrara apud imperatorem intercedebant, ut Antoinetta imperii particeps esset.

Albertus archidux et papa Schenkeri causam sublevabant.[59])

Postquam edictum Rudolfi d. 14. m. Maji datum, quo constitutum erat ut Antoinetta cum consiliariis terram regeret, redditum erat, Schenkerus praefectura solutus est. Partes igitur quae res publicas ao. 1595 commutaverant[60]) tum demum devictae sunt. Inter consiliarios, quibuscum Antoinetta res gerebat primas obtinebat Palandus a Bredenbend, Jacobaeae olim studiosissimus defensor, qui sacra evangelica susceperat. Antoinettae igitur imperium[61]), quamvis tales etiam sibi adjungebat consiliarios, qui fidei catholicae addicti erant, moderatius fuit quam quod praecesserat. Quin etiam consiliarii, non ordines modo ut antea factum erat, proposuerunt ut ex Interessentibus unus vel alter administrationi aggregaretur (m. Sept. 1601). Ducissa autem, quamvis multum abfuit, ut Brandenburgos adjuvaret, id tamen prohibuit, quominus partes aliquae Philippum Ludovicum Neoburgicum aut Carolum Burgavensem in munus Gubernatoris ducatus promoverent.[62])

---

[58]) Ex litteris Joannis Palatini de 29. m. Oct. 1591. Mscrpt. Hdlbrg. Rauschenbergio d. 29. m. Juni Julia tradita est. Qui dicitur per multum tempus mercedem Hispanorum accepisse. Villeroy scribit ao. 1609: que le gouverneur de la ville et château de Juliers lequel est affectioné au roi d'Espagne et comme on dit son pensionnaire. Num Rauschenbergius jam tunc Hispanorum pecunia solicitatus causam Schenkeri deseruit?

[59]) cfr. Beer a. Lahr pag. 67.

[60]) cf. pag. 36. seq.

[61]) Maria Elenora ipsa suaserat ut matrimonium inter ducem et Antoinettam fieret (in epistola quadam ad Brandenburgos ao. 1598).

[62]) Beer a. Lahr pag. 81.

Inde ab initio seculi decimi septimi legationibus de rebus Juliacis agebatur. Neque parvum sane periculum a Saxonibus imminebat, qui inde ab ao. 1604 usque ad annum 1608 per Goedelmannum legatum aulam Caesaream perpetuis fere precibus adibant. Alia ex parte ao. jam 1604 dux Gonzaga Niversianus, cujus mater e gente Cliviaca fuit, arma Interessentibus intentabat. Antoinetta Juliaca cum duce Niversiano aquis Tungrorum (Spaae) convenisse ferebatur.[63])

Brandenburgi cum electore Palatino consilia jungebant. D. 8. m. Jun. Ottonus Henricus de Biland Heidelbergiam missus est. Fridericus IV. elector eo potissimum tempore nihil potius agebat, quam ut unio principium evangelicorum fieret. Joachimus Fridericus unionem probavit.[64])

Ex qua, si res Juliacae in discrimen venirent, Interessentibus haud minimum exortum iri auxilium, facile fuit intellectu. Nam Fridericus et qui principes evangelici cum eo stabant, nihil magis cavebant, quam ne vel imperator vel Hispani res suas validiores redderent. Rebus Brandenburgicis autem elector diu favebat. Brandenburgi ipsi eodem tempore res promovebant, nam d. 11. m. Juli 1604 Stephano de Hertefeld ab Colke, qui consiliarius fuit Brandenburgicus, mandaverunt, ut, ubi dux mortuus esset, terras Juliacas realiter occuparet et in fidem electoris reciperet. Joannes Sigismundus mandata subscripsit.[65]) Quae num metu ducis Niversiani an Saxonum commotus fecerit nescio.

Saxones enim m. mart. 1604. Goedelmannum Pragam delegaverant. Quem non consiliarii modo sed etiam imperator ipse adhortabantur atque confirmabant: se mirari

---

63) Ex relatione legati Brandenburgici de Rheydt d. 2. m. Aug. 1604 Francofurti. Paria sciebat Bongarsius legatus Francogallicus, qui eo tempore Argentorati commorabatur. Antoinettam re vera Spaam ao. 1604 profectam esse tradit Beer a. Lahr pag. 82.

64) cfr. Droysen II. 2. pag. 57.

65) cf. Schaumburg pag. 100.

Saxones tamdiu de juribus suis nihil protulisse. D. 13. m. Dec. Rudolfus Goedelmannum iterum excit.[66])

D. 29. m. Dec. mandata electoris Saxonici accepit. M. Jan. 1605 ex Praga scripsit consilia se inire cum Andrea Hanevaldo, consiliario imperatoris, cui res Juliacae commissae essent, commodo Saxonum se pecunia prospicere, cancellarium Bohemiae se octo milium flor. largitione corrupisse.[67]) Apud caesarem Saxones vicisse videntur.

Brandenburgi interea foedus cum Hollandis iterant quadringentis vel quingentis Thalerorum milibus promissis. D. 30. m. Jul. Status duas scribunt epistolas ad Joannem Fridericum et Joannem Sigismundum, quae d. 1. m. Aug. Vesaliae domino Rheydt, legato Brandenburgico, traditae sunt. Atque in hac quoque re Brandenburgi cum electore Palatino conjuncti fuerunt.[68])

Hollandi promiserunt, si dux mortuus esset, fore ut ducatum in commodum Brandenburgorum armis occuparent. Etiam Philippus Ludovicus Hollandorum auxilium petiverat. M. Febr. 1605 legatos Hagam miserat, Veitum Fuchsium, Joannem Zeschlinum, Melchiorem Erasmum. Metuit enim, ne Dux Niversius ducatum aggredderetur. Quem — dicit — non suo modo jure hereditario, quo Cliviam appeteret, uti, sed etiam jura comitis Montleuriani, qui quum e stirpe comi-

---

66) Ex epistola Goedellmanni d. 18. m. Mart. scripta.

67) De legationibus Saxonum agit Droysen II. 2. p. 567. seq.

68) Vaagenar IV. p. 234. litteris ad Joachimum Fridericum datis inscriptum erat: Darum ersuchen und bitten wir E. Kurf. Hoheit als einen Vornehmsten Stand des H. Reyches oder der da im mächtigsten Ansehen und auch sönsten beydes, für ihm selber und die Seinigen, mit dem schadlichen Vornehmen der Spanischen interessirt. Ex Philibert Dubois diplomatische Berichte an den Grossfürsten Ludwig von Anhalt von 1605—1620 I. p. 48. et inter additamenta pag. 212. milites Brandenburgicos mercede apud Hollandos militavisse du Bois tradit I. p. 98.; D. XI. Nov. 1605 legato Hollandorum, qui Hamburgii residebat, negotium datum est, ut 50,000 florenos a Brandenburgis acciperet p. 228.

68) Epistola d. 10. m. Apr. Fridericiae reddita est, qua confirmatur ducem Niversianum jura Montleuriani hereditaria emisse.

tum Marchiae esset, Marchiam ad se vindicaret, emisse. Exercitum ei Meseriae expeditum esse, quem ut primum occasio data sit, promoveret. Quin etiam d. 7. m. Jan. 1606 Philippus Ludovicus de conatibus ducis Niversiani ad Christianum, Daniae regem, refert, ad fines terrarum milites eum parasse. Opus esse Interessentes praesentibus foederibus cavere, ne alii et alieni quidem domini terras opprimant.[69]) Iterum atque iterum foedus Brandenburgis frustra propositum esse, rex Daniae apud eos intercedat.

Atque re vera negare non possumus, Brandenburgos iis maxime temporibus uniones jam non probasse[70]). Quas Maria Eleonora eo diligentius commendaverat. Atque Joachimus Fridericus quidem ineunte ao. 1608 se foedus Intaressentum impediturum non esse ducissae promiserat. Quae Philippum Ludovicum de sententia Brandenburgorum certiorem fecit: neque ille rei communi defuit[71]). Bipontinorum ut plerumque ita iis potissimum annis nulla fit mentio. Joannes autem Sigismundus rem disturbavit. Cui d. 4. m. Apr. scripsit socrus, ne vel retardaret rem vel reprimeret, neve iis consentiret, qui pacem odissent. Quumque illa non nesciret principem electoralem Francogallorum maxime confidere auxilio, eum admonebat, ne in exteris nationibus spem collocaret majorem quam in propinquis. Regem enim Erancogalliae vel maxime foedus suasisse[72]).

69) Ordines etiam et consiliarii per legatos ab Interessentibus ao. 1606 petierant, ut foedere quodam se conjungerent utque constituerent, quomodo concordia conjuncti terras post mortem ducis administrarent. Ex Scripto defensionis (ao. 1610 edito).

70) cf. pag. 26.

71) Ex epitola quadam Mariae Elenorae die 4. m. Apr. scripta.

72) De ratione politica Henrici regis hoc loco non agam. Multa de ea inveniuntur apud Ranke et Poirson.

LIBER SECUNDUS.

DE REBUS AO. 1609. GESTIS.

De Praetendentum juribus.

Die 25. m. Mart 1609 Joannes Guilelmus ultimus dux Juliae et Cliviae e vivis discessit.

Ad jura hereditaria pro ducatu constituta quod attinet Joannes Sigismundus solus legitimus heres habendus erat Nam quum anno 1496 privilegio habilitationis a Maximiliano imperatore et a 1546 privilegio Carolino, a Carolo imperatore dato successio feminae vacante stirpe virili approbata esset, tum pactis dotalibus inter Albertum Fridericum, Prussiae ducem, et Mariam Eleonoram (Hambachiae d. XIV. Dec. 1572 consignatis) sancitum erat, ut ubi Joannes Guilelmus nullum filium reliquisset, Maria Eleonora postulatis sororum natu minorum certa pecuniae summa compensatis terras ad maritum suum et liberos deferret. Ius autem successionis quum Maria Eleonora nullum peperisset filium, transiit privilegio Carolino servato in filiam natu maximam Annam, Joanni Sigismundo nuptam. Neoburgorum et Bipontinorum vindiciis tam uniones terrarum obstabant quam renunciationes quibus pacta Borussica comprobaverant. Renunciationum autem revocationes, quales Palatini postea composuerunt, invalidae erant, irritae, illegitimae. Verba autem privilegiorum imperatoris quae Palatini et marchio

appellabant adeo inter se repugnabant, ut regulae, ad quas judicia rerum dirigerentur, esse non possent[1]).

Saxonum autem jura, quae inde ex edictis ao. 1483 et 1486 datis deduxerunt, quum et unio terrarum et privilegium habilitationis a Maximiliano datum intercidissent, obsoleverant. Aeque censendum est de juribus quae Saxones ao. 1527 matrimonio inter Joannem Fridericum et Sibyllam, filiam Joannis ducis, juncto contraxerant.

Primo enim imperator, quum Joachimum Fridericum proscriptione sublata restituisset, jura successionis Juliacae non confirmaverat. Accessit quod privilegium Carolinum a Ferdinando et Maximiliano imperatoribus in commodum filiarum non Joannis, cui Sibylla filia fuit, sed Guilelmi IV. confirmatum est, ita ut jus hereditarium non penes filias Joannis, sed Guilelmi esset[2]).

Denique argumenta, quibus utraque linea jus suum comprobavit inter se repugnabant. Nam Saxonum Ernestinianorum vindicias vanas ac nullas fuisse, nisi jus successionis feminae fuisset: contra Saxonum Albertinorum nullas, nisi successio feminarum negaretur, edocuit Droysen II. 2. p. 568.

Itaque rem civitatis Brandenburgicae, si sanctitatis modo foederum ratio babetur, justissimam fuisse, persuasum habemus. Attamen quum inde a Carolo V. quae imperatores partim occulta et quasi involuta, partim contraria, de investitura Juliaca edixerunt, nihil aliud significare videntur, quam quod ut rem in suum commodum converterent, providerunt, fieri non potuit, quin longe aliae rationes, quam juris, quaestioni de successione annecterentur.

---

1) Quibus de rebus consiliarios imperatoris eadem sensuisse intelligitur ex discursu Stralendorfiano §. 48 (ed. Droysen), so ist das Privilegium carolinum auch nicht genug jus alteri quaesitum zu auferiren, insonderheit weil commodo interpretatione dem selbigen wohl ein solcher Verstand werden kann, so dem Herkommen und andern Verträgen gemäss ist.

2) Nonne Strahlendorfius eadem significat quum dicat, immo Kayser Ferdinandus hebt alles auf und interpretirt dass obscurum privilegium §§. 48. 47. 58. 59.

Itaque Rudolfo imperatore, principibus domus Habsburgicae regnum ecclesiamque catholicam in pristinum statum restituere conantibus quum res eo provecta esset, ut magnus partium concursus, quem plures jam praeparabant potius, ne dicam machinabantur, quam mitibus placatisque intercessionibus praevenibant, simulac occasio data esset, fieret, utraeque partes ne alterae terris ducatus Juliaci occupatis rem suam superiorem redderent, omnes intenderunt vires[3].

De tractationibus cum Hollandis factis et de occupatione terrarum.

Quae de successione Juliaca imperator diu cogitasset, quamvis non nescirent reges Hollandiaeque Status, tamen persuasum habebant, nihil eum bello cum fratribus ordinibusque obstrictum valere nisi a rege Hispaniae armisque ejus adjutum. Sed videbant tantum abesse, ut hic causae se non immisceret, ut totam hereditatem ad se vindicare conaretur. Nam quae legatus[4]) a viduae[5]) ducis ad Status foederatos missus dixerat, ordines ducatus, quamdiu causa non dijudicata esset, quemcunque competitorem a finibus coercituros esse, iis lucis aliquid allatum est, quum ab aliis tum a legato[6]) Albertum archiducem Belgicum visitante, qui

3) Mensi Anno 1608 imperator consilium suum supremum consulerat, nonne effici posset, ut terrae Juliacae specie quadam juris in imperatorem transferrentur. Consilium id negavit (cf. Droysen II. 2. pg. 569). Ratio politica imperatoris cognoscitur ex discursu Stralendorfiano, quem edidit Droysen in: Abhandlungen der Kgl. Sächs. Gesellschaft d. Wissenschaften. Phil.-hist. Klasse. 3. Bd.

4) fuit Joannes Ringh, jurum Doctor. Ex codice quodam Mscrpt. Berol. fol. 852.

5) Antoinetta Lotharingica statim post mortem ducis legatum nobilem ad Rudolfum miserat qui ab imperatore peteret, ut imperium ducissae committeretur adjuncto quodam e consiliariis imperatoris. Ex itteris Marini de Cavalli d. 6. m. Apr. datis....con supplicarla (Maiestà) di confirmarle quel governo et mandarle insieme persona che v'assisti almeno sino che si fascia altra resolutione.

6) cui nomen inditum erat Arnoldo Prom, cognomen autem Aldenhoven.

quum in itinere apud Jeanninum devertisset, enarravit, ordines alia nulla re commotos consilium illum cepisse, quam ne Habsburgorum, quibus foverent, causam inferiorem redderent. Nam consiliarios et discordare inter se et magistratuum plerosque per multum jam tempus mercedem accipere a rege Hispaniae[7]). Dicebatur etiam Philippus magna pecuniae multitudine promissa diligenter, ut investituram terrarum illarum auferret, ante imperatorem persecutus esse[8]). Cui Rudolfus non annuebat vel, quod ille conatibus Mathiae fratris seditiosi aspirabat, offensus vel spe adductus ipsum se terras in potestatem suam redacturum esse.

Neque diu cunctabatur: nam, àntequam principes et Brandenburgicus et Neoburgicus terras occupassent, d. II. m. Apr. litteris et viduae et consiliariis datis mandaverat, ut imperatore tamquam supremo domino jubente quod duce adhuc vivo instructum sit imperium, integrum maneret, neve ordines alium acciperent dominum; eodemque die (II. m. Apr.) duobus commissariis qui in Juliam irent mandata dedit: Rheinharto de Schoenenburg, qui et cohorti imperiali praefectus fuit et caesari a rebus bellicis, et Henrico de Neuhaussen, consiliario in judicio imperiali. Imperator jussit eos primo quoque tempore abire. Id enim maxime agebat, ut res Juliae publicae in pristinum statum restituerentur: utque commissarii cum ducissa et cum consiliariis, summas rerum dividerent[9]). Quod si factum esset, vel consiliarii, quum jam nullus esset dominus, eo magis ex libera

---

7) Jeannin V. pp. 345. 352. 353.

8) Jeannin V. 336. de la Boderie II. p. 52.

9) Cavallum legatum Venetum dicit imperatorem imperasse, ut non ducissa modo et consiliarii sed etiam *tres electores ecclesiastici* imperii participes essent: Scribit enim ille d. 20. m. Apr.: d'haver sua Ces. Mtà racommandato per hora quel governo alla duchessa vedova, con l'intervento de Commissarii Imp., con questo però, di più, che v'assistino insieme in quello ch'occoresse li 3 Elettore Ecclesiastici, come quelli...... li piu disinteressati, possino meglio assicur la predte ordinatione.

libidine rem egissent[10]), vel imperator summo imperio potitus esset. Quae quum duobus principibus, qui nominabantur praetendentes, jura possessionis derogarent, fieri potuit ut bellum exardesceret.

Neque Henricus rex neque ministri ejus credebant, sincera esse, quae Albertus archidux per Richardotum, cui ut pacem cum Hollandis componeret ab illo mandatum erat, declaraverat, se non modo neutrius in re Juliaca futurum esse partis sed etiam tam diligenter paci prospicere, ut ex legatis a Richardoto commendatis neque alterum, de Bucquoium nominatum, qui studio belli arderet, neque alterum, quem Hispanum natione ordines ducatus suspectum habere possent, Ferdinandum de Lopes ad viduam mitteret[11]). Francogallos summopere veritos esse, ne archiduces copiis conjunctis causam imperatoris in ducatu defenderent neve efficerent, ut denuo — neque sine magno et Hollandorum et principum Germaniae evangelicorum periculo — ad Rhenum certaretur, multis ex locis intelligimus. Henricus igitur[12] legatis suis imperavit, ne prius inducias facerent quam archiduces promisissent, fore ut in re Juliaca nulla hostilia coeptarent. Sin autem Hollandi bellum pararent, quorum non minoris rei illius interesset, quam regis, legati quot copias opesque illi conficere possent ut nuntiarent. Addebat se ipsum, quum non nesciret, Christianissimi esse Regis et socios augere et jura gentium conservare, arma sumpturum esse.

---

10) Interessentes dicunt in scripto defensionis rem pessimi judicii fuisse: Den Fürstl. Räthen und Dienern soviel Gewalts einzuräumen, dass sie nach Absterben der Herrschaft ohne vorgehende neue Verpflichtung ihren Dienst continuiren und nach Gefallen verfahren dürfen.

11) Jeannin V. p. 350. 51. Quibuscum consentiunt quae in litteris quibusdam ab Alberto d. 4. m. Apr. datis inveniuntur. Codex Mscrpt. Berol.

12) cfr. Jeannin V. pp. 326. 27. Epistola ab Henrico d. 3. m. Apr. 1609 scripta est: dicit rex (pag. 330) j'ai le vouloir et le courage aussi de m'opposer par les armes à un injuste dessin.

Hollandi autem, quamvis non immemores electoris Brandenburgici, qui nuper (ao. 1605) et ad onera belli sublevanda simul cum electore Palatino pecuniam promisisset et ad res componendas per legatos auctoritatem suam interposuisset[13]) (ao. 1607), qualis erga se esset benevolentia, tamen tanta pacis cupiditate capti sunt, ut non modo novum a se defenderent bellum, sed etiam quae et Henricus rex et Mauritius Auraicus princeps suaserant, ut mercenarii milites prius non dimitterentur, quam imperator de re Juliaca quae moliretur edixisset, aspernarentur[14]). Quibuscum Mauritius domus Brandenburgicae semper studiosissimus ita dissensit, ut vellet statim copias in terras Juliacas, priusquam alium accepissent dominum, conjici: quae tamen a ceteris repudiata sunt.

Nam dum illa geruntur non multum aberat, ut in ducatu et Brandenburgus et Neoburgus infelicissimis simultatibus distracti re in totius Germaniae interitum intemperanter abusi essent. Qui ne vetera foedera renovarent, non modo eo prohibiti sunt, quod quisque totam hereditatem appetivit, sed etiam quod alter legem Lutheranam sequebatur, alter legi Calvinianae se appropinquabat.

Stephanus ab Hertefeldt de Kolke, cui ao. 1604 mandatum erat, ut, ubi dux vivere desiisset, terras fidei electoris obligaret, d. Saturni 4. m. Apr., quum Gerhardum Beckmannum Coloniensem, notarium, qui testis esset juridicus, sibi adjunxisset, statim et Cliviae urbi et aliis oppidis vicisque mediae Cliviae, tam insignibus electoris muris affixis re vera, quam visu et aspectu symbolica quadam occupationis specie adhibita, novum indicavit imperium.

Accessit quod et ducissa a vicis, qui ei in otium viduae dati erant, Brandenburgos prohibebat, et Wolfgangus etiam nonnullas urbes, quales Hambachium, Eustkirchas, Monasterium Eiffelanum, insignibus affixis Neoburgicis praeoccupavit.

---

13) Wagenaar IV. p. 282. Jeannin V. p. 90.

14) Jeannin V. p. 354. 358. 360. Winvood Memorials III. p. 42.

Jamque *tum primo* in urbibus nonnullis, quales Deurae aliaeque, auditum est, cives electorem Brandenburgicum dominum appellaturos esse, si cum Wolfgango Guilelmo pactus esset.[17])

Atque quae ille moliretur haud diu quis poterat dubitare. Nam ille quae ordines, ne urbem adiret, deprecabantur, quum negligeret, quo privilegio Carolino jus matris suae optime fundatum esset, accusatione usus ac speciem simulans, se uxorem ducis de morte mariti consolaturum esse, ut in urbem reciperetur rogavit. Quam quum precibus omnium commotus paulo post reliquisset Benradiamque se contulisset, ordines et Juliae, Montium, Ravensbergiae, Dinslakenia in urbe congregatos, et Cliviae Marchiaeque certiores fecit, aegre se ferre,[18]) quod sub nomine Joannis Sigismundi homines quidam, rerum novarum cupidi, injussu ordinum occulteque insignia Brandenburgica affixissisent. Sperare se electorem neque immemorem fore foederis ao 1596 inter patres utriusque principis facti, neque jura matris suae, quae Maria Eleonora mortua soror natu maxima esset ducis, oppugnaturum esse.[19])

Quae quo sensu dicta essent, ex scriptis ipsius facile intelligi potuit. Ex quibus, quum Palatinus Neoburgicus, quae facta unionis, *ne* ducatus terrae *unquam dividerentur*,

---

17) cf. Historischer Schauplatz x. x. pag. 67.

18) Ex litteris Fürstlich Neuburgische Patenten wegen apprehendirter u. Eingenommener Possession der Fürstenthumb Gülich, Cleve und Berg x. d. Benradiae d. 8. m. April (st. n.).

19) dixit se unicum heredem ducatus habendum esse et addidit: dann da jemand wieder gleichwohl besser verhoffen sich understehen solte dieser unserer rechtmessigen Apprehension und angetrettener Erbschaft zu wiedersetzen oder uns darin einige Turbation oder Hinderung zu zufügen: gegen den oder dieselben thun wir uns auff den Fall alle gebührende Defension und vindications mittel vorbehalten.

Wolfgangus semper de veteribus foederibus quae inter Brandenburgos et Palatinos facta essent verba fecit, quamquam non ingnorabat Joannem Sigismundum ea nunquam comprobasse. cf. pag. 31.

imperabant, solemniter comprobasset, omnes jam viderunt, eum *totam* hereditatem pro se ipso vindicare conari.[20])

Quare fieri non potuit, quin maxima inter Neoburgum et Brandenburgum orirentur jurgia. Elector enim quum ipse in Prussia versaretur, Ernestum marchionem fratrem, qui rei Juliacae praeesset, in ducatum misit.[21])

Qui homo fortis et audax quum videret res ducatus turbatum iri, dominis de Brynen et de Lohhausen ut quotcumque urbes possent, in fidem Joannis Sigismundi acciperent, permisit.

Quae quum ita gesta sint nemo admirabitur, quod ordines, veriti ne respublica bello Hollandico per quadraginta fere annos ducto valde vexata in extremam calamitatem adduceretur, ut pacem recuperarent summis viribus nitebantur itaque quum d. 7. Apr. a Rudolfo petiisent,[22]) ut principes ordinibus inconsultis in ducatum missos adhortaretur, ne quid damni terris inferrent, tum principes ipsos,[23]) rogabant, ut controversiis sedatis in loco quodam extra fines ducatus sito paciscerentur. Quin etiam d. 9. m. Apr. (eodem igitur die quo Hollandi cum Hispanis inducias componunt) ordines et consiliarii edicunt, ex Interessentibus nullum se

---

20) hac in enarratione secutus sum codicem quendam Mscrpt. Bibl. Berol. fol. 852. Epistola a Wolfgango d. 8. m. Apr. (Styl. novo) Benradiae data invenitur in Rerum x. x. fasciculo ad. III. Errat igitur Knapp Regenten und Volksgeschichte etc. etc. III. pag. 199. qui dicit epistolam d. 12. April. scriptam esse.

21) Exeunte mensi Apr. Ernestum marchionem primo commemoratum video: d. 28. m. April. quo in monasterio Eiffelanio cives, quum Conradum de Brynen ab urbe prohibent, dicunt, sperare se fore ut neque Joannes elector neque Ernestus marchio id aegre ferant, cf. historischer Schauplatz inter additamenta p. 71. Unde colligi potest Ernestum eo maxime tempore in ducatum advenisse.

22) epistola exstat in cod. Mscrpt. Berol. Quae Hertefeldus aliique effecerint imperatori nunciantur.

23) d. 8. m. Apr. cod. Mscrpt. Berol.

admissuros, nisi prius controversiae compositae sint. Hostilia autem adversus Praetendentes non induunt.[24])

Ordines modo Juliacenses et Montenses infestos se gerunt. De 9. m. Apr. Duesseldorpii declarant se Interessentum neutrum accepturos esse dominum nihilque cum iis sibi fore negotii.

Memoratu mihi dignum videtur eos terminos unionis 1595 factae conservasse: eadem fere verba repetuntur. In conventum ordinum Clivensium et Marchicorum legatos mittunt qui eos adhortentur ut ad unionem se applicent. Itaque quae ao. 1595 ad irritum ceciderant iterum tentantur: ordines Juliaci nihil antiquius habent, quam ut alios in sententiam suam perducant. Mortem ducis rerum statum non commutasse: foedera et uniones conservandas esse[25]) exclamant.

Adhortantur eos, ut unionis ao. 1596 factae, qua pactum sit ut ex Interessentibus nullus terras occuparet, reminiscantur.

---

24) Ex litteris quibusdam Leopoldi archiducis quae exstant in Rerum x. x. Fasciculo. Quae quando scriptae sint in excursu II. disseremus.

25) de apparatu militari ab ordinibus Juliae proposito infra agemus, in conventu Dusseldorpiano declarant: Bey Unser Ayde welchen wir hiemit mit uffgestreckten Fingern würklich leisten dass wir unnd unsser Keiner den Herrn interessenten oder andere welche sonsten uff diesse Landen praetendiren möchten mit keinem Ayde noch pflicht oder sonst einiges wegens so viel diesse Landt berürt ad partem verbunden oder zugethan sein. Wollen auch werend diesser Unser die Stände versamblung Und Handlung einen oder Anderm ohne gemeinem Beschluss nit anhangen und wass Jedem vorkommen würde dass diesen Landen angelegen solches Ingemein unsere Versamblung unverholen eröffnen und vorpringen auch wass votirt und berathschlagt still und verschwiegen halten und Keiner derselben interessenten oder den Ihrigem nun oder Hernachmals offenbaren.

De sententiis principum Germanicorum, Henrici regis et Hollandorum; res a Praetendentibus segniter aguntur.

Attamen tantum aberat, ut res componerentur, ut Wolfgangus Guilelmus, quum intelligeret, ordines quae de juribus suis protulisset parum respicere, nisi imperio praeponeretur bellum denunciaret. Quae quo majorem omnium excitarent timorem adjecit, causam suam a potentissimis Europae regibus principibusque sublevatum iri[26]).

Neque tamen, quum quae ille jactabat inania viderentur, periculum erat, ne elector Brandenburgiae inferior evaderet. Cujus rem inter Germaniae principes qui et imperio et auctoritate maxime valebant, quales Mauritius, Hassiae landio, et Fridericus IV., elector Palatinus, magis fovebant, quam alterius. Nam Fridericus, quum jam antea imperatorem orasset, ne Philippo Ludovico, Palatino Naoburgico, propter fidem Lutheranam sibi suspecto, quae ei, tamquam cognatione proximo, de filio electoris deberetur curatela, committeretur, tum viribus in diem deficientibus Philippo excluso ut Joannes Bipontinus Friderico filio tutor existeret decrevit[27]).

Henricus IV. ao. 1609 sciebat, inter Brandenburgum et Palatinum matrimonium liberorum convenisse[28]).

Mauritius landio, quum Hassia de mutua successione cum Brandenburgis fecerit pactionem[29]), si Joannes Sigismundus terras Juliae Cliviaeque accepisset, id sibi majori

---

26) Jeannin V. p. 411.

27) Quae quum ita essent sententiam sequi non possum Droyseni, qui dicit Brandenburgos metuisse, ne elector Palatinus ad Neoburgos consanguineos se inclinaret (Preussische Politik II. pag. 567.).

28) Ex epistola Henrici ad Jeanninum data d. 3. m. Apr. 1609 cf. Jeannin V. p. 326.

29) Hassia in pactionem quae inter Brandenburgos et Saxones inde ab anno 1435 existebat, ao. 1457 Naumburgii recepta est. cf. Mueller in Theatro imperii II. p. 354. 355.

futurum esse emolumento, quam si Wolfgangus, non ignorabat. Quo accessit, quod provinciae ipsae Julia sola excepta, quum incolarum plerique legem Calvinianam amplecterentur, ad causam se acclinarent electoris, fratrisque ejus Ernesti, quos fidei suae usque summopere indulgere sciebant.

Mauritius Auraicus, cui elector e Regiomonte litteras dedit[30]), Brandenburgorum causae magis favebat quam Neoburgorum. Censebat etiam Hollandorum copias in terras Juliacas ducendas esse ac promisit, si Hollandi cunctarentur, fore ut ipse eos ad bellum adhortaretur. Iamque elector rebus eo melius usus est, quum Barneveldtus pronuntiavit Hollandos bellum succepturos esse, si rex Francogallorum ad causam Brandenburgorum se inclinasset. Quae paucis quidem diebus ante inducias Hispanienses factas edixerat[31]).

Neque hanc Statuum sententiam statim post factas inducias mutatam video. D. 11. m. Apr. certe illi Brandenburgos adjuturi erant. Mensi autem Majo inde aliam rationem politicam sequebantur. Adhuc quidem pacti recordantur quo ao. 1605 constituerant, ut si mors ducis evenisset, terras Juliacas imperio Brandenburgorum armis subjungerent: argumenta autem afferunt, quibus ostendant, pactum jam non vigere, ducissam enim Borussiae, quae foederis particeps fuerit, mortuum esse. Re vera autem censebant, armis quidem principem adjuvandum non esse, qui rem suam tam segniter ageret, quam Joannes Sigismundus[32]).

---

30) Litterae scriptae erant d. 11. m. Apr. Ex epistola legati Francogallici apud Jeannin V. p. 411.: L'électeur a écrit du 11. Avril le priant de favoriser et assister les siens en la prise de possession et conservation des droits qui lui appartiennent en cette succession.

31) d. 8. m. Apr. Jeanninus de verbis Barneveldto Henricum IV. certiorem fecit V. pag. 36.

32) Ex epistola Winvoodi legati Britannici (Memorials III. pag. 42.). Yet they cannot deny but by a Contract made some four Years since they were bound upon the decease of the late duke, to take possession of Cleves and Juliers in the behalf of the Marquis of Brandenburgh. But at the making of that contract the Duchess of Prussia was then

Atque profecto constare videtur, quamdiu elector rebus investiturae Borussicae occupatus ad causam Juliacam animum attendere non poterat, rem ejus apud ordines ducatus segniter actam esse. Neque si litteris quibusdam a legato regis Britanniae, Rudolfo Minwood, d. XX. m. Majo comiti a Sealsbury datis, quibus inscriptum erat, neminem adhuc ex ministris suis eloctorem ad ordines misisse, fidem habuerimus, dubitabimus, qui primi ab eo delegati essent, quin sub finem m. Maji ducatum adiissent. Nam Duesseldorpium eos advenisse, postquam d. XVII. m. Maji imperator per Reinhardum ab Schonenberg, Cohortis imperatoris praefectum, cum ordinibus communicaverat, ex iis quae legati electori renuntiaverunt, intelligitur. Quibus quae Schonenberg ille retulerat adjuncta sunt. Accedit quod in litteris a Joanne Sigismundo et Annae uxore ejus per legatos ad ordines delatis de negotio domino ab Hertefeld dato tamquam de re aliqua perfecta mentio fit[33]). Quibuscum consentiunt quae et Jacobus rex et Henricus IV. scripserunt, Brandenburgos ad eos legatos non misisse. D. 13. Apr. Henricus purgans electorem scribit, eum adhuc usque rebus Borussicis adeo occupatum fuisse, ut ad rem Juliacam quasi accedere non potuerit. Atque die quidem 25. m. Apr. Jeanninum legatum certiorem facit, nullos se nuntios neque a Praetendentibus neque a vidua ducis neque ab ordinibus accepisse. Eodemque tempore Puisieux ex Parisiis ad dominum de la Bodderie, legatum Francogalliae, Londinum refert, tarditatem principum et negligentiam inertia magis procreari et dubitationibus quam contemptione regis; totam autem agendi rationem vituperandam esse multumque Praetendentum damni in se ferre[34]).

---

living: Besides then they wered in Warr, which is too lately ended to begin so soon againe for another Man's Cause who is not more carefull of his own Good.

[33]) Legati fuerunt: Hieronymus de Diescau, Joannes Fridericus de Naer, Hilbrandus Kracht. Mscrpt. Berol.

[34]) Puisieux dicit (cf. de la Bodderie II. pag. 51): c'est plus à mon

Dominus autem de la Bodderie ad Henricum nuncia Jacobum regem Praetendentibus iratum esse, qui nullos a eum miserint nuntios. Quin etiam Jeanninus d. 9. m. Jun dicit res segniter agi[35]).

Num igitur dicemus, Brandenburgos et auxilii amicorum quales Status erant, qui antea causae illorum propensiores fuerant, quam Neoburgorum, ea potissimum ex causa jacturam fecisse, quod et diu cunctati sint et rem tardaverint[36])?

Quibus de rebus credo longe secus nobis judicandum esse. Primo igitur ne negligamus, quae Hollandi dixerunt, ad partes Brandenburgicas se se applicaturos esse, ubicunque Henricus rex electorem se adjuturum esse[37]) promisisset. Quae quin sincera eorum fuerit sententia dubitari non potest: Hollandi enim per multos jam annos res publicas consultu Francogallorum moderabantur.

Quid igitur Francogalli de adjuvandis Brandenburgis cogitabant? Scimus Henricum IV. incrementa Brandenburgorum Borussica iterum atque iterum summopere fovisse. Etiam ex litteris ejus III. m. Apr. 1609 datis intelligitur, eum causam Brandenburgicam praetulisse. Non praetermittit electorem Palatinum, amicum suum et socium, Joanni Sigismundo magis favere, quam Philippo Ludovico. Amicior etiam Brandenburgis primis certe post mortem ducis temporibus Jeanninus, Francogalliae legatus[38]). Qui eos potius

---

advis par faiblesse et irresolution que par dedain et mépris néanmoins ce procédé est non moins blamable qu'il leur pourra être dommageable.

35) cf. Jeanninus V. p. 466, vide infra add 38.

36) Tarditatis culpa non tam in electorem quam in consiliarios, quibus ille, quum in Prussia versaretur, quae ad negotia Juliaca pertinerent demandaverat, conferenda esse videtur. cf. Claproth der Königl. Preussische Geheimerath etc. pag. 112. Quibuscum conferas quae Jeanninus dicit (pag. 466) l'absence de l'électeur qui est toujour en Prusse et le peu de devoir qu'ont fait *les siens* jusque ici sont cause qu'il n'y a encore grand avancement en ses affaires (d. 9. m. jun.)

37) cf. pg. 44.

38) Scribit ille: adjuvet rex Brandenburgos „comme ils (sc. Status Hollandici) se promettent qu'elle (Sa Majesté) fera tant pour l'amitié

adjuvandos esse quam Neoburgos in epistola ad regem data scribit. Tantumque abest, ut bellum quod inde ex dissensionibus principum oriri possit, oderit, ut dicat, malle se inducias cum Hispanis modo usque in annum 1610 fieri: nam metum esse ne Status, si modo pace fruantur, pro salute amicorum nihil amplius audeant. Bergis quas nominabant op Zoom, legatus Francogallicus nomine regis declarat, Henricum, si imperator vel Philippus Hispanus arma capiant, electorem Brandenburgicum sustenturum esse[39]).

Attamen quum Henricus[40]) rex ipse, tum legatus exeunte mensi Aprili suadent, ut Brandenburgus cum Neoburgo foedus faciat. Num Neoburgi, dum haec geruntur, Henrici IV gratiam per legatos sibi conciliaverant? Id quominus statuamus prohibet, quod rex d. 25. m. Apr. dicit, se neque nuntios neque legationes Pratendentum accepisse. Itaque rationum politicarum commutatio non nisi ex statu ipso rerum Juliacarum evenit atque ex eo solo cognoscitur

De tractationibus ordinum et de angustiis Fraetendentum.

In Julia enim interim ipsi ordines sententiam suam protulerant. Eoque liberius locuti erant, quum imperator per aliquot tempus (tres vel quatuor hebdomades) edicta in terras mittere desiisset. Commissarii autem nondum advenerant (m. Apr.). Apparebat igitur ordines ceterarum quidem provinciarum Brandenburgis favere, Juliae autem Neoburgos praeferre dominos: Juliae oppido Rauschenbergius ille, qui per multum jam tempus mercedem Hispani accipiebat praefectus erat. Consiliariorum aeque ac magistratuum animos Philippus rex sibi conciliaverat. Accessit quod Neoburgus

---

que cette maison de Brandebourg a eue de tout temps avec la couronne, que pour autant qu'il semble que le duc de Neubourg cherche son appui en la maison d'Autriche. Jeannin V. pag. 412.

39) Ex relatione Joannis de Dort. Mscrpt. Bibl. Berol. 852.

40) Jeanninus V. pag. 354.

ipse tam ad imperatorem quam ad Hispanum se applicavi et ab iis auxilium petebat.[41])

Nonne igitur fieri potuit, ut consiliarii et ordines Juliac specie quadam juris adjuti quod unus ex heredibus Hispanorum esset amicus, Hispanos in terras vocarent? Jeanninus Francogalliae legatus, quem scimus rem Brandenburgorum promovisse, negare non potuit, Philippum regem nihil aliud optare, quam ut provincias suas faceret: sperare eum, si cum copiis in Julia staret, fore ut terras ipsas aliis quibusdam terris, quas Caesari redderet, compensaret.

Quae si effecta essent, non modo Praetendentes terris defraudati essent, sed etiam Hollandis majus exstitisset periculum, quam quod ante inducias fuit.[42])

Dicere audeo: Brandenburgos adversus Neoburgos adjuvare, id nihil aliud fuisse, ac Hispanis terras tradere. Neque dubito quin Henricus IV. his maxime rationibus adductus Praetendentibus omni contentione petierit, ut foedere se conjungerent. Quin etiam ex verbis regis ipsis haec col-

41) Jeannin V. pag. 402. Autant qu'il semble que le Duc de Neubourg cherche son appui en la maison d'Autriches et du roi d'Espagne sans lequel il ne peut défendre son droit contre de si puissants ennemis. Mensi Majo Winwood legatus de Neoburgo scribit: Whose dependance has every been from the House of Austria (memorials III. 240.)

Wolfgangum jam tunc ad imperatorem se accommodasse Cavallus d. 20 m. Apr. nuntiat: Che conoscendo questo il Pal: di Naiburg per avantaggiar il suo partito mentre ha procurato appresso S. M. questi mesi passati, d'haver la varica di quel gouverno s'era contentato di dar rinversali di non far lacuna cosa in preguiditio d. Catholici.

42) Principes quum primo ad Caesarem appellaverunt (d. 1. m. Aug. 1609), de pace Hollandorum actum fuisse nisi principes se reconciliassent, dixerunt: es sei der so lang gewünschter und entlich erlangter anstandt zwischen beyden Niederlendischen kriegenden Theilen erfolgt, welcher leichtlich durch Ihre FF. GG. uneinigkeit, und da ein jeder theil von Ihrer FF. GG. und derselben principalen vor sein Haubt die Possession dieser Landen manu militari zu behaupten und zu conserviren einverstanden und *daher Partheyen an sich zu schlagen hätten genottrengt werden können*, solche gefehrliche krieg und unruhen zu befahren gewesen. Rer. Jul. Fasc.

ligenda sunt. Dicit enim in epistola d. 18. m. Mgi scripta, Brandenburgorum quidem causam in Germania a pluribus sustentari quam Neoburgorum, hos autem necessitatibus ac desperatione coactum iri auxilium petere ab iis, qui nihil antiquius haberent, quam ut ducatum praeoccuparent.[43])

Inde a m. Apr. exeunte haec ratio politica Francogallis placuit. D. enim 26 m. Apr. Villeroius, qui regi ab intimo fuit consilio, scribit: Brandenburgis quidem favemus, sed optamus, ut etiam Neoburgus[44]) successionis particeps sit.

Quin etiam Jeanninus tunc censet, primo operam dandam esse, ut foedus fiat, si fieri non possit, causam Brandenburgorum promovendam esse.[45]) Francogallorum autem placita ordinibus terrarum nuntiantur. D. 25. m. Apr. ordines in conventu Dinslacensi, quum et imperator et rex Francogalliae Statusque eadem suaserint, ex Praetendentibus neminem praeferre decernunt.[46])

Atque Hollandi quidem Francogallorum sententiis consentiunt. Pervincit igitur ea ratio, quae pacem mavult, quam bellum. Quae tamen cum desideriis indigenarum congruebat.

Legatos enim Brandenburgicos qui primo edixerant, electorem in animum induxisse ut foedus cum Neoburgo non novaretur, utque terrae praeoccuparentur,[47]) non fugit, se

---

43) le premier veritablement est plus fort d'amis en Allemagne; mais l'autre pourrait par désespoir et nécessité être recuelli et fovorisé *de tels qui pourraient grandement s'en prevaloir.* J'ai écrit et fait écrire aux uns et aux autres par leurs amis pour les desposer à s'accorder.

44) Addit: parcequ'il est aussi de nos amis et que nous estimons *s'ils étaient d'accord que toutes choses succéderaient mieux* (Jeannin V. p. 399.)

45) d. 25. m. Apr. Jeannin V. p. 412.

46) Ex codice Mscrpt. Berol. fol. 852. cf. pg. 50.

47) Legatum Brandenburgicum Status vituperasse quod ordines Juliacos admonuissent, ut inter competitores neutrius partis starent, tradit Jeanninus V. p. 460.

prius cum ordinibus rem feliciter agere non posse, quam principes reconciliati essent.

Atque, si quae ab omnibus partibus gerebantur, consideras, apparet, rem Praetendentum perditam fuisse nisi foedus factum esset.

Ordines qui — ut supra dictum est — ab Ernesto marchione petierant, ut in loco qui neutrius partis esset, resideret, Wolfgangum Guilelmum, quem a Duesseldorpio excluderant, ut cum Ernesto conveniret, rogaverant.[48]) Deinde Palatinus id maxime egerat, ut ordinum provinciarum omnium conventus fieret. Cujus operam usque in diem certe 22. m. Apr. irritam cecidisse ex litteris ipsius cognoscitur.[49])

Juliae autem atque Montium et Ravensbergii ordines Dinslacas d. 25. m. Apr. convenerant. Nuntios enim tam ab imperatore quam ab Henrico IV. et Hollandis — ut supra dictum est — acceperant: ut inter Praetendentes mediis starent consiliis, neve alterius principis partibus se adjungerent. Adhortationibus credo imperatoris et regis commoti equites Juliae et Montium sine aliorum ordinum consiliis per se soli milites conducere decreverunt qui et Duesseldorpium et arces sedesque praefecturae defenderent.[50])

Quorum negotium eo jam progressum erat, ut centuriones designarentur. Obstabant autem tam urbes, quae Duesseldorpio duce d. 28. m. Apr. et d. 2. m. Maji. ante „notarium et testes" decretis equitum Juliacensium Montensiumque rite intercedebant: quam Ernestus marchio, qui d. 18. m. Maji Guilelmo comiti Solmsiano, cui Muenzenberg parebat, ut

---

[48]) Jeannin V. p. 477. cf. pag. 41.

[49]) Datae sunt. Benradiae d. 12/22. m. Apr. Mscrpt. Berol.

[50]) Ex relatione quadam legatorum Juliacensium qui ad ordines Clivenses missi sunt: man (sc. ordines Juliaci) habe sich verglichen die nöttigste Vestungen Schlösser und Städte mit Soldaten auf der Lande Vorschuss zu besetzen, damit dieselbige *von einem oder andern* nicht *occupirt* werden. cod. Mscrpt. Berol.

primo quoque tempore 1500 equites pararet imperavit.[51]) Tamen multum aberat, ut res Praetendentum bonis terminis fuissent. Immo vero imperator — ut ita dicam — iter iis praecipere videbatur. D. 1. m. Maji commissarii imperatoris, inter quos Reinhardus de Schoenenberg, Duesseldorpii in domum regiam recepti sunt.[52])

Accessit quod principes jam non certo sciebant in rege Francogallorum quantum spei sibi esset. D. enim 18. m. Maji Henricus IV. scripserat, auxilium suum usque ad hoc se non nisi nimis amplis vocibus parumque definitis promisisse, eventus rerum qualis fieret se exspectaturum, consilia rationesque principis se prospecturum esse, priusquam altius rebus se immisceret.[53])

Judicat rex imperatorem usque ad hoc in ducatu summum valere, viduam ducis Rudolfo addictam esse. Mensi Majo Henricus certior factus erat, imperatorem Brandenburgo et Neoburgo neglectis ex archiducibus uni terras sequestro daturum esse. Albertus autem archidux proclamavit, si Brandenburgi milites in ducatum deducerent, bellum exarsurum esse.[54])

---

51) Ex epistola Ernesti comiti d. 18. m. Maji reddita. Codex mscrpt. Berol. Litterae intercessionales Duesseldorpii inveniuntur in archivio Urbis.

52) Imperator d. 2. m. Apr. edixerat Schoenenbergum et Neuhaussum missum iri. De Neuhausso postea nulla mentio fit. (Ex relatione Marini de Cavalli quam Droysen adhibet in: Das Stralendorff'sche Bedenken pag. 384. Apparet postea alterum legatum nominatum fuisse, Hoyam de quo vide pag. 8. Qui quum legationem abnuerat comes Zolleranus substitutus est (ex epistola Cavalli d. 8. m. Jun. scripta). Commissarios d. 1. Maji Duesseldorpii affuisse ex litteris Leopoldi (rerum Juliacarum fascic.) constat. Schoenenbergum Duesseldorpii d. 17. m. Mji. cum ordinibus rem egisse ex cod. Berol. colligitur. cf. pg. 58.

53) Jeannin V. p. 436. Je ne l'a leur ai promise encore qu'en termes géneraux délibéré d'écouter et voir, quel train prendront les affaires et les inclinations et procedures des uns et des autres devant que m'y engager plus avant.

54) L'archiduc m'a fait dire récentement par son ambassadeur, que si l'électeur de Brandenbourg y envoit des gens de guerre, qu'il allumera un feu, qui sera difficile à eteindre.

Quae ab Henrico IV Praetendentibus relata sunt. Obsecravit eos, ut paciscerentur. Diffiderent principes certamine cum fratre orto, quod imperator caveret, ne alterius belli ignem contraheret, id et in posterum sibi salutem futurum esse. Nam etiamsi Mathias superior exstitisset, magnum fore periculum, ne is vultu mutato eadem contra principes evangelicos moliretur, quam imperator. Quae quum ita essent, principibus, qui nominati sint Praetendentes, se semper suasisse, et suasurum esse, ut sapientibus consiliis concordibusque discrimini obviam eant.[55])

Neque Hollandi pacem cum bello commutandam esse ducebant.

D. 5. m. Maji commissarii quae imperator d. 2. m. Apr. edixerat, repetiverunt: ut imperium in pristinum statum restitueretur, utque commissarii cum consiliariis terras administrarent.

Jamque alia ex parte periculum imminebat: arma enim Niversiana denuo instabant. Namque Carolus, Gonzaga, qui nomen sibi arrogavit Clivensis, in Italia ex legatione a rege Francogalliae sibi commissa reditum parans in Galliam, quum nuntios accepisset, ducem mortuum esse, marchionem quendam Reinelensem ad viduam miserat.[56])

Tunc ex Confluentia ad consiliarios ordinesque d. 9. m. Maji alterum delegavit Carolum de Orme, qui „indubitatam ducis successionem" in memoriam statuum reduceret.

Duesseldorpii conventus erat omnium provinciarum. Qui Carolo Ormiensi, postquam d. 12. m. Majo mandata Niversiana protulerat, respondit: multo propriores cognatos et heredes ducis existere „adversus quos legatus mandata suo loco et tempore civiliter intentaret." Dux autem ut judi-

---

55) De quibus videas litteras ab Henrico IV. d. 18. m. Majo domino Jeannino datas. Apud Jeanninum V. p. 435.

56) Nec non ad imperatorem commissarium quendam delegaverat, Vidamum de Schiatres, quem m. Majo 1609 Pragae affuisse Cavallus d. 25. m. Majo nuntiat.

cium imperatioris exspectaret neve ut ante quinquennium[57]) armis quietem publicam turbaret.

Majus autem quam a duce Niversiano periculum imminebat a Reinhardo de Schoenenberg. Qui d. 17. m. Majo in conventu Duesseldorpensi id maxime agebat, ut summa rerum in commissarios, qui auctoritate Caesaris induti adessent, et in consiliarios transferretur.[58]) Pro Schoenenbergo dominus de Varlo verba fecit. Ut uniones veteres restituerentur vel conservarentur imperator tunc quoque imperavit.[59])

Deinde paucis ante pactum Trutmonianum diebus commissarii in conventu Duesseldorpensi id agebant, ut ordines permitterent, ut imperator sequestri cuidam terras demandaret. Papa autem Jesuitas miserat, qui Catholicos circumirent iisque imperarent, ut Carolum Burgavensem, qui inter competitores solus fidei catholicae addictus esset, fidem darent, vel si id fieri non posset, Palatinum Neoburgicum electori Brandenburgico dominum praeferrent.[60])

Status igitur rerum qualis fuit? Commissarii imperatoris cum ordinibus rem agebant,[61]) socii auxilium recusabant, nisi Praetendentum discordiis finis imponeretur: tam Francogallia quam Anglia et Hollandia principumque Germaniae plerique ad foedus impellebant: in finibus ducatus Hispanus

57) Ex litteris Caroli et ex responsu ordinum quae inveniuntur in Rerum Jul. fasciculo.

58) Exscripsi ex codice mscrpt. Berol. cf. pg. 52.

59) Varlo dixit: auch inmittelst provisionaliter vermittelst Kay. auctoritaet mit Belieben der löblichen Landtstenden eine beständige Regierung einzustellen, wie denn uff solche Meinung sich die fürstlichen Räthe mit ufgedruckhtem Jülischen und Clevischen Secretsiegel und gewehnlichen subscriptionibus im Jahr 1595 In Gegenwart der ahnwesenden Commissarien einhellig verglichen.

60) Jeannin V. p. 456 d. 9. m. Jun.

61) Ex Heidelbergia Valrothus de Plessen consiliarius electoris Palatini ad Joannem Georgium Anhaltinensem scribit d. 26. m. Maji: mit dem Kays. Abgesandten thun die Räthe viel conversiren Arch. Anh. Dess.

speculabatur, ne Brandenburgus arma caperet. Quae si hic fecisset, in ducatu ipso nonnullae partes hostem non modo non defendissent, sed etiam gratis animis recepissent.

Foedus inter Praetendentes praeparatur et denique Trutmoniae componitur.

Itaque fieri non potuit, quin Ernestus Marchio, qui in terris Juliacis qualibus Brandenburgi uterentur conditionibus accuratius novit, quam elector, quamvis non nesciret, Annam, fratris uxorem, societatem cum Neoburgis fieri nolle, ad consilia principum potentiorum transiret.

Accessit quod ordinum plerique in eandem sententiam conspirarent. Quos scimus d. 8. m. Apr. principes rogasse ut paciscerentur. D. 17. m. Apr. Deuris cives domino de Brynen dixerant, si Interessentes reconciliati essent imperio eorum se se subjecturos esse.[62])

Jamque permultis quos cum ordinibus habuerant colloquiis, principibus persuasum erat, si foedus fieret, non modo animos subditorum ad se inclinaturos esse: sed etiam neminem jam prohibiturum esse, quin terras realiter possiderent.[63])

Jamque ordines Mauritium, Hassiae landionem, qui honore omnium in Germania florebat, ut principum animos reconciliaret, rogabant.[64])

62) Vollradt de Plessen tradit d. 26. m. Maji. Die Räthe und Stende von Gülch wollen nur von einem Herrn wissen, verlangen die Interessirenden sollen sich vergleichen. Arch. Anh. Dess. cf. pg. 40 et 41.

63) Ex litteris Ernesti et Wolfgangi d. 11/21. m. Sept. 1609: und haben in vielfältiger Tractation so wir mit den Landständen gepflogen, anderst nie vermercken können, dann wofern wir beyderseits mit einander vergliechen sein würden, das sie als gehorsame Unterthanen sich erzeigen, und uns an der würklichen Possession in wenigsten nicht verhindern wolten.

64) legitur in pacto Trutmoniano: in massen auch die gülische landstande selbsten ihre deputirte ihrer f. g. gegen Siegen, Homburgk auch anhero und also zu unterschiedlichen malen abgeordnet und unterthänig.

Cui etiam Fridericus elector Palatinus et Philippus Ludovicus, Wolfgangi pater, litteras quibus eadem orabant, dederant.

Quae memoramus ne quis Ernestum marchionem, quod contra voluntatem et Annae et, ut apparet, ipsius electoris cum Wolfgango Guilelmo causam transegit, vituperet. De qua Mauritium landionem optime meritum esse, quum ordines ducatus tum omnes Germaniae principes et reges socii collaudaverunt.[65])

Mauritius enim intellexit, terris summo imperio vacuis dominos reddendos esse, reconciliationemque prius peragendam esse quam sequester mitteretur.[66]) Itaque d. 17. et 18. m. Maji reconciliationem proposuit. Ac profecto tanta illius in rebus componendis fuit industria, ut quae d. 22. m. Maji Homburgii (prope Sigen urbem) proposuit, quum principes inter se obtrectantes frustrassent,[67]) ad d. 27. mensis ejusdem iterum eos Dortmundiam in urbem invitaret.

---

ihre f. g. ersuchen lassen, sich diesen Sachen gnädigst anzunehmen und die fürstl. Herren partheyen dergestalt mit einander zu vergleichen, damit die Lande in friede und ruhe verbleiben.

65) principes ipsi dicunt in Scripto def. se reconciliatos esse „nach vielfaltiger starken und eyfrigen Bemühung hochgedachts Herrn Landgrafens.“

66) quod tradit Volradus de Plessen in epistola ad Joh. Georgum Anhaltensem Arch. Anh. Dess.

67) Quamvis principes Homburgii non prorsus reconciliati essent, tamen res eo processit ut principes, pacto — quod ipsi subscripserunt — d. 22. m. M. (st. vet.) sanxerunt, ut d. 27. Trutmoniae nova Mauritii proposita perattente audirent: „und wo man der Sachen über zuversicht ja nicht allerdings wird einig werden können, doch vermittelst göttlicher Hülff und beystand sich eines solchen interims vergleichen: wie salvo utriusque partis jure tam in possessorio quam in petitorio vermittelst und biss zu anderwerts gütlich oder rechtlichen Austrag dieser sachen nichts destoweniger die lande der Gebühr regiert und also dieselbe Regierung in der herren partheyen hande verbleiben möge. Derbey denn auch ausdrücklich abgeredt, auch allerseits eingewilliget, zugesagt und versprochen worden, das vermittelst weder von einem oder dem andern theil ichtwas soll attentirt oder de facto vor-

Quo loco die denique ultima mensis Maji (vel d. 10. m. Jun. stylo novo) res prosperius evenit quam antea. Constitutum igitur, ut principes usque ad amicabilem aut juridicam decisionem jure familiaritatis et tamquam proximi cognati et amici, „amice" invicem convenirent et contra quascunque praetensiones pro conservatione et defensione ditionum sibi assisterent, et spatio proximorum quattuor mensium, si forte interea elector Brandenburgicus advenisset, quidquid de re et commodo legitimi successoris et subditorum futurum esset, omni modo procurarent. Utque proximis diebus, ubi Duesseldorpium ivissent, conata sua ordinibus provinciae et qui nuper fuissent consiliariis indicarent, ipsisque consiliariis adjunctis quibusdam ex ordinibus ipsarum ditionum „regimen" usque ad ulteriorem et meliorem „dispositionem" committerent. Deinde ut ab ipsis consiliariis et subditis homagium susciperent, illique jurari juberent, qui inter ipsos, scilicet electorem Brandenburgicum et Palatinum Neoburgicum, legitimus heres et successor declararetur. Praeterea ut et sepulturam ducis mortui celebrarent, viduaeque ejus providerent, utque archivium consignarent, vasallis indulta impertirentur, imperii et circuli comitia visitarent, omnia denique peragerent, quae rerum status exigeret, sine praejudicio et unius et alterius, tam in „possessorio quam in petitorio" jure salvo, neve quoad causa ipsa principalis dijudicata non esset, alter de altero ullum sibi arrogaret praejudicium, reservatis, etiam tam Palatini Bipontini quam marchionis Burgavensis juribus.[68])

---

genommen werden. (Ex tractatione Homburgiana Hist. Schauplatz Add. H. H.) Unde apparet dissensiones principum Homburgii quidem nondum ablatas esse, sed quodammodo diruptas et diminutas.

[68]) Pactum Trutmonianum Latine scriptum legitur apud Brosium, Germanice in Histor. Schauplatz Add. JJ. p. 78—87. Subscripserunt tam Mauritius quam Ernestus et Wolfgangus cf. Helwing Historia Brandenburgico-Borussica II. 1, 287. Pactum constitutum est d. 31 m. M. st. vet.

Quae quum definita essent altero pacto constitutum est,[69]) ut utraque pars ubi quattuor, qui antea determinati erant menses, consumpti essent, duobus mensibus „pari simultaneoque passu“ libellum suum traderet, neve et „responsiones et defensiones“ diutius quam in alterum inde mensem retineret. Deinde ubi terminus dictus esset et tres darentur menses ad adhibendas „prolationes“ et ad rem totiter perficiendam duos. Ne autem quattuor illis mensibus exactis qui judicarent, Praetendentum utri justum legitimumque imperium addicendum sit, deessent, electores et Saxoniae et Palatii, ducesque Coburgensis, Brunsvicensis, Lueneburgensis, Mechlenburgensis, Pomeranensis, Holsatensis, Wirtembergensis et landio Hassiae, principesque Anhaltiae arbitri creati sunt: quorum ex numero quos principes elegissent, iis ut uterque et comitem quendam et urbem religioni evangelicae addictos adderet, decretum est. Arbitris autem ut mandaretur, ut quam susciperent rem tribus mensibus peragerent. Quorum judicium si alter e Praetendentibus repudiasset, de „alio quodam compromissi modo“ cum altero ageret.[70])

Quae qua sententia constituta essent haud difficile fuit intellectu. Nam omnium jam metus erat, ne imperator causam ante suum tribunal traheret.[71])

Unde quale judicium eveniret ex nonnullis ejusmodi exemplis satis jam constabat.

---

10. m. Jun. styl. novo. non d. 20/10. Jun. ut dicit Droysen das Strahlendorffsche Gutachten pag. 383 et 384.

69) Hoc alterum pactum nusquam inveni nisi in Mscrpt. Berol., in lucem usque ad hoc editum non est.

70) Mauritius landio pactione facta Ottonem a Stahrschedell ministrum in Julia reliquit.

71) Mandatum, quo Caesar haec edixit modo d. 8 Jan. in lucem editum est, tamen fuerunt, qui jam tunc suspicarentur, eventus rerum qualis fieret. Ernestus marchio eodem significare videtur in epistola d. 31. m. Majo data: „da man etwa diese Sachen ahn einem andern Ortt wieder beide Ihre F. G. willen zu güttlichen oder rechtlichen Handlung ziehen und avociren wollte. Cod. mscrpt. Berol. 852.

Sed antequam demonstramus, quomodo res ducatus pactione Dortmundiana facta commutatae sint, quae et elector ipse et qui ex eo pendebant consiliarii de illa cogitaverint, paucis nobis disserenda sunt. Quorum hi de rebus Dortmundiae gestis certiores facti perturbati esse et consternati, ille autem quae principes pepigissent subscribere diu moratus esse dicuntur. Mauritius igitur quum legato suo mandasset, ut electorem nomine subscripto foedus sanxisse ubi comperisset, statim nuntiaret, quumque jam per aliquod tempus responsum frustra expectasset, ne Joannes Sigismundus quid contra actionem meditaretur timebat.[72]) Neque quae eadem testentur desunt. Nam quum Hieronymus a Discau, Trutmoniae Joanni, Nassoviae comiti, dixisset, electorem Palatinum (quem rebus componendis multum navasse operam constat) causam Brandenburgicam parum suscepisse, alter respondit, fieri non potuisse, quin Fridericus, quum elector proposita ejus omnino non probasset, de rei eventu desperasset. Ac sane rem nunc praeter ejus spem prospere evenisse.[73])

Quibuscum optime consentiunt, quae ex Heidelbergia nuntiabantur (d. 26. m. Maji) electorem nullo conditione ne ad tempus quidem imperium cum Neoburgo dividere velle.[74])

Neque praetermittenda videntur quae legati Brandenburgici eodem fere tempore, quo res Dortmundiae agebatur, ante Status Hollandiae pronunciaverunt, electorem veterum societatum cum Palatino Neoburgico nulla habita ratione terras, antequam a Wolfgango Guilelmo occupatae

---

72) quae ex epistola quadam a Mauritio d. 20. m. Jun. scripta sumpta sunt. Cod. mscrpt.

73) Ex littteris a Joanne comite domino Hieronymo a Discau datis. Cod. mscrpt. Berol.

74) Volradus de Plessen ad principem Anhaltensem: Brandenburg will die von Neuburg ganz und gar nicht neben sich weder zur possession noch zur administration auch nur interimsweise zulassen.

essent, in potestatem suam redacturum esse. Qui legati Status in memoriam foederum cum Joachimo electore factorum reductos quum vituperassent, quod Juliae Cliviaeque ordinibus, ut mediis starent consiliis, suasissent, pro certe habebimus legatis mandatum non esse, ut cum Neoburgo pacisscerentur, et electorem totam hereditatem pro se vindicare conaturum fuisse.[75])

Quae quum ita esse videantur nemo negabit, Joannem Sigismundum non modo quanti foret momenti, si illae potissimum provinciae terris Brandenburgicis attributae essent, perspexisse, sed etiam ut res domus suae superiores redderet, optime providisse. Attamen rerum statum si intelleximus, quod elector foederi illo ab Ernesto et Wolfgango Guilelmo facto non intercessit, admirari non poterimus. Putamus enim, rerum discrimen et vi et audacia adducere, tam rationi politicae, quam naturae electoris ipsius repugnasse.

Sed ut ad res Juliacas redeamus. Colloquiis Trutmonianis tam Schoenenberg quam ex ordinibus consiliarisque non pauci interfuerunt.[76]) Principes deinde ubi foedus compositum fuit, ordines certiores faciunt, se Duesseldorpium venire.

Itaque quum d. 6./16. m. Juni Duesseldorpium intrarent, quamvis consilarii et urbem eos adire vetuissent, et quos trans Rhenum haberent ducentos milites, ad muros adducere minitati essent, tamen a civibus laetis acclamationibus recepti sunt.[77])

---

[75]) Jeanninus qui res in ducatu gestas penitus noverat, pridie ante pactum Trutmonianum factum dubitabat an res prospere eveniret. Nam quum d. 9. m. Jun. ad Villeroium scripsisset, Neoburgum jam a pacto non abhorrere, et electorem quod foedus amici suaderent id non repudiaturum esse, tum eodem die Henricum regem certiorem facit, legatum Brandenburgicum jactasse, electorem terras ad se ipsum vindicare.

[76]) Haec traduntur in scripto. def. Cavallus dicit d. 15. m. Jun: Li Consellieri di Giuliers vi havevano espedito loro deputati et si vedera quello che riuscira.

[77]) Subditi terrarum Praetendentibus foedere facto laetis gratisque animis obviam ivisse, omnes assentiunt. Principes ipsi dicunt in epistola

Deinde qui rem fovebant imperatoris clam se subduxerunt. Quorum unus dom. a Nesselrode Juliae castello praefectus, qui interula bracisque indutus in fuga haud tardissimus fuisse videtur, etsi a Praetendentibis litteras acceperat ut in nomen eorum juraret, commissario se dedit a a Rudolfo nuper misso.[78])

Principes autem quo die a civitate Duesseldorpiensi recepti erant et imperatorem et Albertum administrationem provinciarum se iniisse Mauritio [79]) auctore certiores fecerunt.

Commissario autem imperatoris, Joanni Georgio, comiti Hohenzollerano, nuntiant, Trutmoniae Praetendentes pactos esse: Caesarem eum delegasse, antequam de pactione certior factus esset: principes igitur comitem rogare, ne quid sibi arrogaret, utque nova caesaris mandata opperiretur.[80])

---

d. 7. Jul. Rudolfo data „und haben die Rähte, Stände und Underthanen meistentheils dermassen disponirt befunden, das sie auch einige Anzeig der widersätzlichkeit nicht von sich gegeben, sondern uns vielmehr aller Orten, da wir unsern Durch- und Einzug genommen, mit Underthöniger erfrewen, glückwünschen und ehrerbietung dermassen empfangen, das sie auch ohne unterscheid einer oder der andern religion als darbey wir sie zulassen und handzuhaben erbietig, kein bedenkens gehabt biss zu volliger Huldigung sich zu allem gehorsam gegen uns zu verpflichten. (rer. Jul. fasc.) Principes evangelici qui Unioni se addixerant dicunt in „ausschreiben der unirten etc. ao. 1610: praetendentes exceptos esse frey offentlich und mit gutem wollen dess meisten theils der Landstände und underthanen.

78) comiti Hohenzollerano. Ex relatione a Starschedell Mauritio landioni data, ex qua intelligitur d. 16. m. Juni: principes adhuc nesciise, utrum Nesselrode jusjurandum praebiturus esset necne. Mscrpt. Berol.

79) cujus litt. inveniuntur in cod. Berol. Datae sunt d. 5. m. Jun. 1609. Epistolam ad imperatorem datam praebet Haeberlinus XXIII. p. 126. Pro die 6. m. Maji ibi nominato scribendum erat 6. Jun. Litterae Mauritii a Joanne Nassovio, qui in rebus Juliacis componendis non parvam operam dedit, praetendentibus redditae sunt. Epistola Alberto data memoratur a Cavallo.

80) Ex: Brandenburgische und Neuburgische entschuldigung und supplication d. 7. m. Jul. 1609 (Rer. Jul. Fasç.)

Hohenzollerus tamen tam ordines circumire, quam animos sollicitare non desiit. Neque dubitari potuit mandata ejus quae essent.

De edictis imperatoris et de conatibus commissariorum. Ordines in fidem Praetendentum accipiuntur.

Qua ratione politica his jam diebus imperator usus esset nuper Droysenus edocuit. Usque ad hoc in aula Pragiana duae partes, quarum utraque imperatorem ad suam perducere sententiam studebat, de rebus Juliacis dissenserant. Alterae enim partes, inter quas Geizkoflerus m. Majo verba fecit, quum metus esset, ne bellum cum Francogallis exardesceret, suaserant ut imperator armis abstineret,[81]) et controversias sententia quadam judicum imperalium componeret: alterae autem adhortabantur, ut rem Juliacam non cum judicibus consultaret, sed ex utilitate domus Habsburgicae armis perageret.[82])

Imperator, qui in has contrarias sententias distrahebatur, quae d. 24. m. Maji edixerat, ut Praetendentes, antequam quattuor menses consumpti essent, causas suas ad aulam imperatoris proferrent, d. 8. m. Jun. nondum subscripserat. Interea d. 7. m. Jun. Pragam nuntiatum est, in terris Juliacis foedus principum parari.[83]) Itaque Rudolfus non longius cunctatus est; vel ipso d. 8. m. Jan., vel paulo modo post, edictum nomine suo sanxit, nam d. 17. m. Jun. edictum Duesseldorpii a Schoenenbergio, quem Praetendentes in urbem acceperant, muris affixum est.[84])

---

81) accedit quod Pragae elector Brandenburgicus exercitum contra ducatum promoturus esse credebatur. Qua de re Cavallus qui Pragae residebat, bis nuntiat: d. 8. m. Jun. et d. 22. m. Jun.

82) Quorum sententiam Stralendorfium secutum esse Droysenus (d. Stral. Gutachten pag. 390.) censet. Nos in excursu I. nonnulla afferemus ex quibus eadem elucent.

83) Droysenus loco nom. p. 384.

84) Edictum nominatum erat: „mandatum inhibitorium cum annexa citatione ad proponendam actionem.“ Principes ipsi citant, mandatum d.

Praetendentes non nesciebant imperatorem non tam propriis consiliis usum quam a consiliariis suis perductum, in rebus Juliacis vim adhibuisse.[85])

Sine dubio eodem die (8. m. Jun.) Hohenzollerus, qui edicta promulgaret, rebusque prospiceret delegatus est. Qui quum in terras venisset, nulli ordinum conventui non intererat, tam Hambachiae aderat, quam Mullheimio, quos in locos ordines Juliaci convenerant. Atque id non modo agebat, ut res in pristinum statum restituerentur, sed ut imperium sibi traderetur fidesque ordinum sibi daretur. Atque nulla omisit neque promissa neque minas quibus subditorum animos a Praetendentibus abduceret foedusque irritum redderet.[86])

Principes quidem multis intercessionibus tam apud Hohenzollerum ipsum, quam apud Caesarem, conata deprecati sunt. Comes autem Hohenzolleranus legatis respondet, cum

---

24. m. Majo editum esse in Scr. Def.: zu geschweigen, dass ermelte Citation (24. Mai 1609) auch in dem mangelhafft, und vitios ist, dass darinnen zwischen Clegern und beklagten possessorn und petitorn kein underscheid gemacht ist. Etiam marchio Burgavensis de hoc edicto questus est in „libello summario qui exstat in Rer. Jul. Fasciculo."

[85]) Scrpt. Def. in welchem man gleichwoll Allerhöchst gedachte Kay. May. als die von Natur eines gütigen und auffrichtigen Geblüts nicht verdenket, sondern die Schuld denjenigen zumisset, welche ihrer May. zu ihrer selbst unzimblichen und verpfluchten eigennützigkeit rechten Grund verhalten und sich dardurch ihrer May Namens und Authoritet boshaftiger und mutwilligerweis missbraucht.

Principes scribunt d. 7. m. Jul. ad Caesarem, Hohenzollerum usum esse: solche betrewliche anhengen, dass darob handgreiflich zu spüren, und vielen augenscheinlichen vermutungen nach, gentzlich darfür zu halten, das er dessen von E. Kay. May. als einem löblichen, gerechten und friedliebenden Kayser keinen special Befelch gehabt, sondern sich durch andere unruhige Leutt in d. Nachbarschafft darzu bereden vnd conformiren lassen.

[86]) Principes dicunt in epistola d. 7. Jul. ad Rudolfum data. Indem er sich gleichsam einer Oberherrlichen direction anzumassen und die Stände zu seiner Huldigung oder ja zu einem Abfall und verbündniss wider uns und unsere principalen zu reitzen.... anlässt.

Praetendentibus nihil sibi rei esse, quae imperator sibi mandaverit ad ordines solos spectare.

Quum principes Duesseldorpium intrarunt ordines Juliae, Montium, Ravensbergii forte aderant. Quorum nemo fere nisi ex statibus Juliae pauci dominis recentibus obstiterunt. Neque animos perturbavit, quod Schoenenbergus noctu edicta quaedam, quibus ordines, ne foedus imperatore inscio factum probarent atque sancirent, adhortatus est, ad muros affigi jussit. Deinde quum Praetendentibus placeret ut urbes circumirent ad Hohenzollerum, qui in diem magis speciem non commissarii, assumpsit, sed gubernatoris, [87]) legatos mittunt. Qui proferunt, imperatorem, qui de pactione Trutmoniana nunc certior factus sit, [88]) alia sine dubio mandata daturum esse comes Hohenzolleranus modo exspectet neve Duesseldorpium tendet dum principes alias urbes visitent. [89])

Tantusque Possidentium (nam hoc principum nomen tunc primo auditum est) fuit timor, ne ille auctoritatem prae se ferens imperatoris, urbes circumiret, ut, quum iter per ducatum continuare vellent et praefectum urbis et consiliarios obligarent, ut, quum alium quemcunque tum comitem Hohenzolleranum introitu prohiberent, deprecantes,

---

[87]) Starschedell scribit ad Mauritium Hassiaticum: der Neu ankommende Kays. Abgesandte lest sich verlautten, er komme nicht als ein Kommissarius sondern als ein Kays. Gubernator. Undt wie seine wort lauten soll er die resitentz continuiren, hat sein Gemahl und grosses comitat bei sich. Mscrpt. Berol.

[88]) Principes de 16. m. Jun. imperatorem de pactione certiorem fecisse intelligitur ex epistola eorum d. 7. Jul. data, quam nominant Brandenburgische und Neuburgische entschuldigung und Supplication an Röm. Kay. May. sie bei eingenommener Possession dero Landen zu manuteniren vnd auff anhalten der Interessenten Nichts zu statuiren nisi ipsis prius auditis. Rer. Jul. Fasc.

[89]) Ex relatione Starschedelli Landgravio d. 22. Jun. data qui mandata legatorum communicat: (cod. mscrpt. Berol.) und daher nicht zu Zweifeln Ihr Majestät würden ihr die getroffene Vergleichung genedigst auch gefallen lassen und hierunter andere Verordnungen thun: als wurde der Commissarius sich biess dahin gedulden Undt sich anhero zu verfügen nicht Ursach haben.

ut quod ille testimonium publicum „datae ei auctoritatis Caesareae" forte exhibere vellet, usque ad reditum principum retineret. Fratres insuper Fridericum et Philippum Solmsianos, qui Possidentium Rebus prospicerent, reliquerant. Die autem 23. Jan. marchionem Burgavensem de pactione certiorem faciunt.[90])

Quae quum instituissent die 24. m. Jun. Cliviam se contulerunt. Ad quam ubi appropinquarent[91]) summae laetitiae signa tam a nobilibus quam a civitate iis oblata sunt, alteris foedus dexterrimum collaudantibus, alteris, qui et de pactione et de totius rei publicae salute merifice meritus sit, Mauritium, Hassiae landionem. Principes autem quum de edicto Schonenbergi certiores facti essent, ipsi, ut omnem a se demoverent culpam, promulgabant, sano humanoque imperio instituto se et pacem conservaturos, et justam succedendi ordinem atque liberum religionis exercitium omniaque et privilegia et instituta consuetudinesque. Atque legitimi heredis quum esset, si terrae vacarent et ab alio non occupatae essent, imperium inire, nullam inveniri posse rationem, qua quis usus quae ipsi petiissent dilueret.

Die 26. m. Juni quum res ageretur cum ordinibus, etsi comes Hohenzolleranus animos eorum sollicitasset, tantus omnium consensus electori potissimum Brandenburgico faventium factus est, ut, qui a Mauritio in ducatu relictus fuit Ottonus a. Stahrschedell ad dominum suum retulit, horum statuum fidem nunquam defecturam[92]).

---

90) Ex copia, Fürstlich Burgauischer Abgesandter bei etc. Ernst etc, Wolfgang Wilhelm geschehenen Fürtrag qui exstat in Rer. Jul. Fasciculo. Marchio ad Possidentes et ad ordines legatos misit Joannem Urbanum Lydel, Adrianum Hilden, Ferdinandum Sydam.

91) d. 25. m. Jun. undecima hora antemeridiana.

92) Starschedell d. 25. m. Jun. st. n. (colligi potest, scriptorem ipsum Cliviae adfuisse.) „an diesem Theil der Unterthan wird ferner kein Mangel sein."

Idem 26. m. Jun. st. n. Heut haben wir einen Anfang gemacht mit den Clevischen Stenden allhier zu tractiren, erzeigen sich gar wohl; jedoch scheinet als wann sie mehr Brandenburg als Pfalz affectionirt wehren (Mscrpt. Berol.).

Praeterea non omittendum videtur, quod ordines iterum ac saepius a Joanne Sigismundo petierant, ut ipse se in ducatum conferret. [93])

Interea principes Emmerica Reesia Vesalia urbibus visitatis Duesseldorpium redierunt. Quae nonnulli [94]) scripserunt, d. 26. m. Jun.: „Die allgemeine Landeshuldigung" factam esse, errata esse puto. Ottonus enim a Starschedell d. 26. m. Jun. Mauritio nuntiat, principes ordinibus, quibuscum iis maxime diebus rem agerent, Cliviae mandasse, ut in proximo ab illo conventu jusjurandum praestarent. [95])

Quae eo videntur approbari, quod Possidentes non prius quam conventus ille (d. 14. m. Jul.) haberetur, de modo et ratione rerum ducatus gerendarum quae cogitarent, ante ordines Cliviae Marchiae Ravensteiniae professae sunt. [96])

Principes igitur postquam Emmericum Reesiam Vesaliam oppida circumiverunt, Duisburgi cum ordinibus Cliviae et

---

93) Kettlerus qui ordinum preces ad electorem referret delegatus est. Ex epistola Ottonis a Starschedell d. 26. m. Jun.

94) cf. Knappius III. p. 201. Erhard Zeitschrift für vaterländische Geschichte und Alterthumskunde IX. Schaumburg p. 114. Dr. Franciscus Fiedler Professor (in libro: Aus der Gesch. des clev. Landes etc. Denkschrift 1859) singuli singulos, ut videtur, secuti d. 26. m. Jun. scribunt.

95) Scribit ille d. 26. m. Jun.: Man hat den Clevischen Ständen erklärt, es wäre, da feindliche Praktiken im Gange sein, hochnöthig, dass Herr und Knecht zusammentreten: es solle die Huldigung bis auf den nächsten Landtag ausgesetzt sein; dicit d. 26.: wir haben einen *Anfang gemacht zu tractiren.* cf. pag. 72. ann. 113.

96) Accedit quod inter res, quae in conventu Duesseldorpiensi, cujus initium fuit 3/13. m. Jul., agantur, quarto loco proponitur: Das die Ständ beeden Fürsten huldigen sollen. Ex relatione Augustis 1611. Denique ex epistola a Possidentibus ad imperatorem scripto intelligitur, jusjurandum usque ad diem 7. *m. Jul.* datum non fuisse. Gestalt wir dann darauf d. Stände aller Fürstenthumben und Landen theils hierher nach Duesseldorff theils aber nach Duisburg zu dem ent beschrieben, dass wir so wol der Huldigung als der Regierung und anders halben so in solchen Fällen gebräuchig und nöthig, gebührender richtigkeit und verfassung machen mögen, darauff sie auch nicht allein in grosser Anzahl gehorsamlich und Persönlich erschienen, sondern auch Unsere proposition an-

Marchiae se conjungunt. Duisburgi inde a die 4. usque ad diem 14. m. Jul. conventus fuit. Ordines fidem dederunt principesque dominos acceperunt.[97])

Qui repromiserunt, sacra quam catholica tam evangelica se conservaturos neminemque a libero religionis exercitio prohibituros esse. Deinde constitutum est, ut ordines, si principes ante causam successionis dijudicatem vi et armis inter se concurrerent, fide nunc data solverentur.[98])

Atque in d. 13. m. Jul. quum conventum ordinum indixissent, Hohenzolleranus ad urbem advenit et ut intra muros reciperetur depoposcit. Auctoritas autem imperatoris apud Possidentes tantum valebat, ut, quum ipsi adessent, commissarium ejus non prohiberent. Socii etiam, elector Palatinus ducesque et Badensis et Wuertembergensis, suaserant, ut cum imperatore et legatis ejus modestae essent actiones;[99]) sed Hohenzollerus, cui apud cives hospitium datum erat, ordines clam sollicitavit, ut in domum ducalem deduceretur. Cui principes objiciunt, mandata ejus, quum status rerum

---

gehört und sich zur berathschlagung derselben erbotten, *damitt sie auch nunmehr im werck seindt.*

97) Apparet fidem quam nominant allgemeine Landeshuldigung tunc a Clivia et Marchia datam esse. Ex appellatione prima Possidentum, quae exstat in rer. Jul. Fasc.: dicunt principes rem inter d. 4. et 14 m. Jul. actam esse. Jusjurandum tunc datum esse adversus Natorpi sententiam contendo (Dr. G. Natorp die Grafschaft Mark. Iserlohn 1859 p. 33). Dicunt principes in prima Appellatione: die Stände haben gebürliche handgelübde und pflicht geleistet und uns als ihre Landesfürsten acceptirt. Sine dubio legati principum jusjurandum ordinum Cliviae et Marchiae acceperunt, nam principes ante d. 7. Duesseldorpium reversos esse ex epistola Rudolfo d. 7. Jul. data intelligitur. Principes d. 10. m. Jul. Duesseldorpii fuisse, ex Pufendorfi libro IV. pg. 9 colligitur.

98) Da wir beyden vor Haubtsachlicher entscheidung dieser Successionssach wider einander ichtwas de facto fürnehmen würden, welches doch sie die Landstände nicht vermuten, noch hoffen, wollen sie biss zu unserer reconciliation sampt und sonders ihrer gethanen *handgelübdt* auch erlassen sein.

99) Dicunt: gegen Kayserliche Majestät und die Gesandten möge man glimpflich sein. Mscrpt. Berol.

commutatus sit, irrita esse atque nihil jam valere. Tum ille cum non parvo impetu elocutus est, mandata se sine ullo respectu exsecuturum esse. Jamque non latuit, eum id maxime agere, ut pactiones everterentur ordinesque a rectis dominis abalienarentur.[100])

Itaque principes d. 7. Jul. per litteras apud Caesarem de Hohenzollero quaerimonias faciunt, ragantque ut commissarii revocentur. Sperare se et persuasum habere, imperatorem quae commissarii agant non comprobasse. Imperator igitur in mente agitet, quantum terris fiat damnum, si pax et foedus turbentur.[101])

Hohenzollerum autem eventus fefellit. Nam in conventu Duesseldorpensi res quodammodo peractae sunt. Promiserunt enim Possidentes, jura se et privilegia subditorum conservaturos, conataque tertii cujusque a provinciis prohibituros, quaeque iis propter jusjurandum oblatum imminerent pericula, omni modo se defensuros, munera itidem et aulica et municipalia scriniorumque nullis nisi solis indigenis commissuros, veterem denique provinciarum illarum unionem non dissoluturos esse. De excercitio autem religionis edictum est, ut et religio catholica aliaeque omnes christianae religiones, quae tam in Sancto Romano imperio, quam in ducatu ipso et exstissent et exercerentur, continuarentur conservarentur admitterentur, nemine „libere illas ne coleret, turbato prohibito vexato.“ Deinde ordines Juliae

100) Dicunt principes in epistola d. 7. Jul. ad Caesarem scripta, Hohenzollerum elocutum esse „mit zimblicher Heftigkeit: Es gebühre ihm seinen habenden befehlch sine respectu zu exequiren, wie er dann darauff bei den Ständen allhier und folgens zu Duisburg seine Werbung abgelegt, auch an die Stände allhier begert, ihm auch wider unsern Willen herrein in das Schlozs zu begleiten und damit in der That zu erkennen gegeben, dass sein intent fürnemblich dahin gerichtet, dass die Stende in ihrem Gehorsam irr gemacht und unsere friedliebenden handlungen und anstellungen so viel an ihme verhindert werden.

101) Epistola Duesseldorpii scripta est cf. pg. 68. (Invenis eam in rer. Jul. fasc.)

plerique, Montium et Ravensbergiae autem omnes Duesseldorpii jusjurandum praestiterunt.[102])

Quae quum maxima cum indulgentia perfecta essent, rerum status tam quietus videbatur, tantaque omnes subiit sercuritas, ut nonnulli, inter quos elector Palatinus, milites per aliquod locos provinciarum dispersi ut dimitterentur, persuaderent.[103])

Quibus de rebus non eadem censuit Henricus Francogallorum rex. Qui de pactione Trutmoniana tam ab aliis, quam ab Videmarktero, Mauritii landionis legato, certior factus, quum quae principes pacti essent valde comprobasset, tum per legatum quendam, qui Duesseldorpii adfuerat,[104]) admonebat, ut illi copiis collectis, ne imperator[105]) vim aliquam inferret, circumspicerent.

Insuper electori Palatino, litteras dedit, quibus erat inscriptum, ut et amici et socii causam Possidentum contra cujusque impetum optime defenderent utque confiderent, si res postulasset, ipsum se cum exercitu affuturum esse.[106]) Quae eo promptiora esse debebant, quod et Albertus archidux, quamvis bello jam diu finis impositus esset, ordinibus

---

102) Haeberlin-Senkenberg. XXIII. p. 126. cf. Appellationem primam, in qua principes dicunt, wie gleichfalls eine gute anzahl der Gülichscher Ritterschaft und alle Stätte des Fürstenthvmbs Gülich ausserhalb ihrer Vier, welche sich aus mangel habender volmacht entschuldigt.

103) Und demnach auch unnöthig, dass die hin und wieder in den gülischen Landen gelegte garnissonen lenger also auff gehalten werden. Mscrpt. Berol.

104) Ex relatione Augustis 1611. Legati nomen non inveni.

105) Winwood. mémorials III. p. 61; dicit rex: principes conducant milites, „sa Majesté (Henricus) ayant esprouvé, que baston porte Paix.“ Ex mandatis quae Henricus Widemarktero, legato Hassiatico reddidit Winnwodus haec mandata exscripta ad Jacobum regem misit. Die autem 11. m. Jul. ex Mettis scribitur: Sa Majesté a dépeché, qu'elle armerait et defenderait les dits deux princes Brandenbourg et Neubourg. Elle dépeche aussi vers les princes d'Allemagne pour les prier de favoriser les accords et se ténir prests au cas quelqu'un vienne. Elle s'approche exprès de la campagne et ne s'éloignera, tant qu'elle scavra comme tout passe.

106) d. d. Fontis Bleaudi d. 26. m. Jun. Mscrpt.

Juliae Cliviaeque inconsultis per ducatum pro se vindicavit iter, et Coadjutor Coloniae, cui cum imperatore res erat, milites conquisivit, nec non Juliae praefectus recentes copias in jusjurandum Rudolfi acceptos castello induxit.[107]) Neque aliae defuerunt causae, quibus perspectis necesse esse, milites sub manibus essent, omnes sentiebant. Quarum maxima fuit terrarum ipsa natura. Nam quum illae, etsi castellis ipsis vacuae, locis non carerent operibus munitionibusque opportunissimis, fieri non potuit, quin cum manu qui prior adesset, facillime totam provinciam in potestatem suam redigeret. Itaque quae Henricus curabat summopere collaudanda sunt.

Quem etiam primum proposuisse, ut Possidentes foedus icerent cum Unione evangelica, ex epistola Friderico IV. data intelligimus.[108])

Atque ille in summa de re Juliaca ita meritus est, ut sociis Unionis Hallae Suavicae m. majo convocatis quae et dux Wuertembergensis et civitatum soli imperatori subjectarum nonnullae elocuti sunt, caverent principes, ne societate cum rege Francogallorum facta rem suam perderent, injusta viderentur et inania.

Attamen rex interea ingratorum animorum nulla habita ratione, nihil magis curat, quam ut Unionem corroboret. Mittit igitur Jacobum Bongarsium, qui quum alios Germa-

---

107) Jeannin p. 514 d. 29. Jun. Hier vinrent nouvelles ici, que l'Empereur a fait sortir la garnison qui était au château de Juliers et y a en mis une autre du tout à sa dévotion, pour s'en rendre maître, comme il a fait.

108) Epistola data est Fontis Bleaudi d. 26. m. Jun. Mais mon Cousin le Principal maintenant est, que les amis de ces deux maisons se préparent et mettent en Estat de pouvoir les assister et soutenir en leurs justes-causes. A quoi peut être tres utile l'union, que vous avez procurée; je vous pris doncques de donner ordre à ce point avec votre autorité et prudence. Je serais toujours prest d'y contribuer de mon costé. Mscrpt. Berol.

niae principes, tum Joannem Sigismundum incitet, ut ad societatem illam accedant, causaeque Juliacae provideant.

Praeterea d. 22. m. Juni Hollandis, ut Hispanis, si opus esset, resistere possint, in duos annos sexcenta milia librarum annua policitus est, quibus militibus Francogallicis satisfacerent. Neque difficile fuit intellectu, cur rex res Hollandorum augeret. Nam postquam nuntii accepti erant, imperatorem milites in Juliam contracturum esse, nemo ignorabat, Hispanos conatuum Caesaris socios fore et participes.[109])

Res progrediuntur.
De minis quibus imperator utebatur.

Neque imperator tempus praetermisit. Rationum ejus politicarum commutationes hae sunt. Initio Rudolfus inter varia partium aulicarum consilia fluctuabatur. Itaque neque animum ordinum frigidum, quo ante pactum Trutmonianum adversus Praetendentes utebantur, neque principum controversias et segnitatem ad commodum suum convertit. Schoenenbergum legatum, qui, priusquam foedus factum erat, sane non pessimis conditionibus utebatur, sine auxilio reliquit: edicta in lucem non edebantur.[110])

Quomodo factum est, ut, quum imperator rem acerbius agere incepit, Praetendentes causam ad suam commodum perduxissent imperiumque admodum firmassent. Tamen omnes intelligebant, inde a m. Jul. ineunte caesaris iram

---

[109]) De qua re Jeanninus d. 29. m. Jun.: le commencement fait présager, que le roi d'Espagne veut être de la partie, parcequ'on n'éstime pas, que sans cet appui l'empereur ce veuille rendre auteur d'un tel mouvement et si ainsi est on en prevoit plustôt une nouvelle ouverture de guerre, que continuation de paix.

[110]) Cavallum d. 8. m. Jun. nuntiat, Schoenenbergum scripsisse: d'haver molto bisogno d'ajuto per provedere cosi alle cose del governo comes alla sicurezza di quel paesi. cf. pag. 61 et pag. 79.

tantam esse, ut bellum exardescere posset. Neque imperator quidem et Hispanus armis abstinuissent, nisi rex Francogalliae Praetendentum vindex exstitisset. Tamen Rudolfus diligentissime in res Juliacas incubuit. Id ei maxime cordi fuit, ut res denuo turbaret utque pactiones irritas redderet. Nonnullis igitur edictis d. 7. et d. 11. m. Jul. datis et foedus Trutmonianum cassavit et ordines consiliariosque a fide data avocavit.[111])

Quos quidem adhortatus est, ut unionem, qua ao 1596 ordines Juliaci cum Montensibus se conjunxissent, sustinerent, utque ordines Cliviae Marchiaeque, quibuscum imperator per commissarios de confirmanda unione communicasset, impellerent, ut unionem sancirent ipsosque ad eam se applicarent.

Inter d. 7. et d. 11. m. Jul. rigor imperatoris et ira summopere aucti sunt. Iis enim diebus imperator de rebus bellicis, quas Possidentes sociis suadentibus parabant, certior factus est. Litteras igitur ad principes dat. Imperator dicit, principes epistolas, quas d. 7. m. Jul. scripserit, sine dubio accepisse. Interea (inter d. 7. et 11. m. Jul.) nuntios accepisse, milites in Julia conduci, locaque muniri.[112]) Imperatoris esse tales res impedire. Eodem die edicta severiora ad ordines mittuntur. Sub poena enim et banni et jacturae beneficiorum privilegiorumque Rudolfus vetat, Praetendentibus jusjusandum dari.[113])

---

111) D. 7. m. Jul. duo edicta edita sunt, quae invenis in Rerum Juliacarum Fasciculo. Alterum inscriptum est: Kayserlicher Befehl an Markgraf Ernst wegen der Gülichschen Landen mutatis mutandis auch an Wolfgang Wilhelm. Prag 7. Jul. 1609. Alterum kayserliches Schreiben an die Gülichschen Räthe und Landstände in causa derselben Landen. Prag 7. Jul. 1609.

112) Epistola invenitur in rerum Juliacarum Fasciculo.

113) Edictum inscriptum est: Kayserlich hochverpeentes Mandat an alle dero fürstenthumben Gülich, Cleve, Berg und Mark Räthe Stände und underthanen, keine Interessenten vor ihre herrn anzunehmen, noch in

Nec non d. 11. m. Jul. imperator praefectis militum in Julia centurionibus militibus ipsis imperavit, ut, ubi primum has litteras inspexissent, statim ex arcibus villis regionibus exirent.[114])

Denique eodem fere tempore, scilicet d. 14. m. Jul., Leopoldus archidux in Juliam delegatus est.[115])

Res igitur in discrimen adducuntur. Edictorum tamen Rudolfi ne minimus quidem fuit eventus. Nam antequam ea reddita sunt, ordines in fidem accepti erant.

Res Juliaca judicibus imperii subducitur. De tractatione Heidelbergensi. De legatione Bongarsii Berolinum missi.

Neque defuerunt, qui ut res Praetendentum et sustinerentur et augerentur, summam operam darent, quales Fridericus elector et Mauritius Hassiaticus.

Qui nihil antiquius habebant, quam ut et imperatoris animum pacarent et qui successionem petierunt Palatino Bipontino, domibus Saxonicis, marchioni Burgavensi persuaderent, uti Possidentum partibus se adjungerent.

Omnes operam dabant, ne causa Possidentum apud judices imperatoris ageretur.[116])

---

einige Huldigung oder Pflicht ohne Ihrer keyserlichen Majestät Erlaubniss mit Jemandem sich einzulassen. Dicit imperator inter cetera: Die Fürsten vorhabens sein sollen, Euch eine Erbhuldigung zuzumuthen. Quae certe non scripta essent, si fides ordinum, ut nonnulli statuerunt, d. 16/26. m. Jun. data esset, cf. supra pag. 65. Mandatum a Strahlendorffo subscripum est.

[114]) Mandat an alle Kriegsobersten, Rittmeistern oder alle ihre Leutenannten Hauptleuten Fendrich Befelchs- und gemeinlich allen Kriegsleuten zu Ross und zu Fuss d. 11. Jul. 1609. In Rerum Juliacarum Fasciculo.

[115]) cf. Droysen das Strahlendorfische Bedenken p. 385. Leopoldum d. 28. m. Jul. Juliam venisse, dicit Beer a Lahr pag. 83.

[116]) Elector Palatinus d. 18. m. Jun. ad imperatorem scripserat, electores quosdam et principes se interpposituros esse idque maxime cogitaturos,

Scimus Interessentes quum ao. 1596 ultimum quod inter eos fuit foedus inirent, statuisse, ut causa successionis electoribus quibusdam principibusque Germaniae dijudicanda traderetur. Iidem judices in pacto Trutmoniano constituti erant. Henricus[117]) et Jacobus reges hanc formam comprobabant. Quorum hic Winwoodo legato suo demandavit, ut Possidentum et opiniones et proposita, ad causam quae spectarent, confirmaret.[118])

Itaque Christianus Anhaltensis[119]) jussus est imperatori nuntiare, opus non esse publico judicum aulicorum judicio:[120]) judices ex electoribus principibusque regni Germanici, qui Possidentum causam dijudicarent, eligerentur.

Deinde Mauritio landione auctore Joannes Nassovius

---

wie auf andere Weg denn durch langwierige rechtliche Ausführung der Sachen abgeholfen werde. Daher bedarf es der langweiligen Processe Ihrer Majesstät nicht. Cod. Mscrpt. Berol.

Elector Palatinus d. 21. m. Jun. ad Christ. Anhaltensem (Mscrpt. Berol.). Solches (sc: lis imperatoris) würde zu grosser Weitleufigkeit anlass geben, ja auch gar Anlass, die Lande dem heil. R. Reich zu entziehen. Ansehnliche Chur- und Fürsten, wie auch hohe zu Theils verwandte Potentaten haben sich in dieselbe geschlagen, und sei desshalb rechtlich procetirens nicht nöthig.

117) Dicit Henricus: caveant principes, „ne sous prétexte de l'autorité de l'empereur l'on ne les despouille de l'avantage, que par leur bonne Union il sont acquis, comme il y a apparence.

118) Ex king James's manifest for settling the affaires of Cleves and Juliers Westminster 15. Juli 1609: qu'elle loue et appreuve la resolution, qu'ils ont prise de soumettre Vuidange de leur differant plustôt à l'arbitrage de quelques personnages d'honneur, leurs communs amys et alliés, qu' à la justice ordinaire: la longeur de la quelle est facheuse et l'issue incertanie.

119) Cui ab Unione mandatum erat, ut de Donauertia, Palatinatus Neoburgici urbe, restituenda cum Rudolfo ageret.

120) Der Kayser mag den process und die Citation der Fürsten an seinem Hof einstellen, solches würd zu grosser Weitläufigkeit Anlass geben. Ex epistola a Friderico electore ad Christ. Anhaltensem data d. 21. m. Jun. (st. vet.) Mscrpt. Berol. cf. ann. 116.

Katzenellenbogensis cum Joanne Bipontino Heidelbergae tractavit, Bongarsio et adjuvante et admonente, ne partes quam in re Argentoratensi ante his nonnullis annis fecissent moram, et tunc adhiberent.[121])

Atque et Joannes tamen et Magdalena, Palatini Bipontini vidua, quum administrationem ducatus non Brandenburgis modo et Neoburgis, sed etiam sibi ipsis debere protulissent, quumque postulassent, ut ordines sibi quoque jusjurandum praestarent, majores ibi difficultates, quam nuper Dortmundiae exortae sunt.[122])

Invitavit igitur Fridericus elector et Georgum Fridericum, marchionem Badensem, et Joannem Fridericum, ducem Wuertembergensem, ut auctoritatem suam interponerent.

Qui quum legatos misissent,[123]) summa omnium opera eo producta est res, ut postquam Possidentes repromisissent, nihil se contra jura Palatini Bipontini conaturos esse, et Joannes et Magdalena ad pactionem Trutmonianam se applicarent.[124])

Deinde qui conventionem illam Heidelbergianam cura-

---

121) Bongars ist deshalb da, um in Heinrichs Namen dass die Partheien nicht wieder all zu lang Undt lessig wie in der Strassburgischen Handlung mit den sachen umbgehen. Ex epistola comitis Nassovii d. 22. m. Jun. data. Mscrpt. Berol. D. 1. m. Jul. ex Mettis scribitur: le roi recommande le droit Bipontin.

122) In litteris quibusdam a Magdalena scriptis invenitur, Wolfgangum Guilelmum quae illa postulaverat, comprobasse. Ex epistola Joannis Nassovii ad Discavum scripta: Und haben wir mehr Mühe gehabt als zu Dortmund. Cod. Berol.

Etiam Magdalena veteres uniones Praetendentum citat, quibus constitutum sit, dass kein Theil sich Vortheil vor dem andern anmaassen wolle. Man will, wenn das gewähret wird, gemeinsam alle Invasiones et occupationes hindern; nit weniger die vorhabende hochpräjudicirliche Kays. Sequestration.

123) A Georgio missus est Jacobus Pistoris a Seussling, a Joanne autem Benjaminus a Bunninkhausen de Walmerode.

124) Quae gesta sunt d. 29. st. vet. m. Jun. 1609. Mscrpt. Berol. cf. Erhard Ztschr. für vaterl. Gesch. u. Alterthumskunde Bd. 9. 1846 p. 185.

verant d. 11. m. Jul. Carolo Burgavensi litteras dederunt, ut quam primum exemplum a Bipontinis datum sequeretur.[125]) Praeterea decretum est, ut et Bongarsius et, si opus esset, Mauritius landio Joannem Sigismundum visitarent.[126]) Nam et Mauritius et Fridericus eo jam tempore summopere providebant, ne quae Trutmoniae constituta essent, ut ex domibus Brandenburgorum et Neoburgorum, utri majore cum jure adjudicandum esset imperium, arbitri decernerent, longius prolatarentur. Mauritius igitur d. 11. m. Jul.: proposuerat, ut et Francogalliae Britanniae Daniae reges et Status confoederati principesque Wuertembergensis, Anspachensis, Culmbachensis, Badensis arbitri nominarentur, Henricus autem rex rogaretur (si electori Palatino placuisset;[127]) ut et locum, quo veniretur et tempus destinaret, denique toti rei praeesset. Credo nulla alia ex re planius intelligi posse, apud principes Germanicos Henrici IV. quanta fuerit fiducia. Atque re vera Henricus non modo de pactione Trutmoniana optime meritus erat, sed etiam rem cum Bipontinis agendam et adhortationem Joannis Sigismundi legatis suis demandavit.

Itaque Bongarsius, qui electori persuaderet, ne Unione evangelica ultra se abstineret, Berolinum missus est. Insuper mandatum est, ut et ipse quae principes Heidelbergae nuper egissent quaeque arbitri de causa inter Brandenburgum Neoburgumque dijudicanda cogitarent, electori nuntiaret, et,

---

125) D. 16. m. Jul. Joannes Bipontinus epistolam dat ad marchionem Burgavensem. Cod. Mscrpt. Berol. fol. 852.

126) Cod. Mscrpt. Berol. fol. 853.

127) Ex epistola Mauritii landionis ad Fridericum electorem d. 11. m. Jul. Casselae scripta. Mscrpt. Berol.: „Belangende das Directorium würde E. L. nicht zuwider sein, sondern solchs König W. zu Frankreich so *wol aus zu schreiben*, benennung Tags und Orts, alss auch führung der gantzen handlung freundtnachbarlich zu teferiren sich gefallen lassen. Es hette denn E. L. das Bedenkens hierbey, dass eine solche Sache im Reich auch durch die Reichs-, Chur- und Fürsten zu dirigirn sein wollte. Mscrpt. Bibl. Berol.

si ille consiliis eorum minus gratum se praebuisset, landionem advocaret.[128])

Qui quum Berolinum venisset, dum consiliarii dominum suum in Prussia adhuc versantem per nuntios interrogant, utrum Bongarsium adventum suum manere malit, an obviam ei facere, d. 14. m. Jul. Praga certior factus est, Rudolfum auxiliis Alberti archiducis, Ernesti, Bavariae ducis, qui elector erat Coloniae, Ennonis, ducis Frisiae orientalis, fretum, Leopoldo archiduci terras Juliacas sequestro dedisse. Quam rem Brandenburgis periculosissimam esse, quum non ignoraret, litteris Mauritio datis,[129]) fortis prudentisque viri jam esse, rem infirmorum hominum, quamvis ipsi propter incuriam negligentiamque suam non meruissent, suscipere, Joanni Sigismundo sine mora obviam profectus est.[130])

---

128) Fridericus elector promisit, se Wolfgango Guilelmo, ut cum altero consentiret, persuasurum.

Joannes Nassovius de legatione Bongarsii: Fridericum IV. electorem effecisse, dass Ihr Kön. Würden in Frankreich dero gesandten Mons. Bongars zu der evangelischen Chur- und Fürsten vnd in sonderheit zu Ihr Churf. Gn. zu Brandenburg abgeferttigt, auch bei Denemark vnd Engelland durch ausführliche Schreiben ermahnet, sich dieser Sachen interponente bei Ihr Kays. May. anzunehmen vnd die sequestration und gefehrliche peocess zu hindertreiben. Praeter Henricum sane nemo magis curasse videtur, ne causa dijudicanda Caesari committeretur, quam elector Palatinus. cf. ann. 116 et 120. pg. 72 seq.

129) Bongarsius ad landionem (cf. infra ad. 130.) Ce sera à elle (sc. S. Altesse) comme voisin, comme doué de courage et de prudence à soutenir cette fachense affaire mal-maniée, par ceux qui y ont le principal interest, qui ne méritent pas le sang qu'on a d'eux.

Et alio loco: cette nouvelle (sc. legatio Leopoldi) me fait prendre resolution de partir incontinent pour aller rencontrer M. l'Electeur ou qu'il soit.

130) Quae scripsi duas secutus litteras a Bongarsio Mauritio datas quarum alterae scriptae sunt. 13/23. m. Jul., alterae d. 24. m. Jul. et 3. m. Aug. De hac legatione Bongarsii qui Pragae fuerunt m. Sept. certiores facti sunt. (Cavallus,)

De sequestro in Juliam misso.

Omnes timebant, ne imperator rei publicae Juliacae vix pacatae novas miseriarum tempestates excitaret.

Tamen Rudolfus, si, quae re cum Matthia fratre male gesta perdiderat, Julia Cliviaque expugnatis se compensaturum esse speravit, non Leopoldum mittere debebat. Fuit enim ille infirmo inhabilique animo imperatori simillimus.

Itaque non vi et audacia, vel belli apparatu timendus, sed clam et alieno nomine assumpto, neque tam propria virtute usus, quam Rauschenbergi Nesselrodique praefectorum perfidia Juliam intravit. Neque tunc tamen imperator speciem justitiae aequitatisque deposuit, simulans, quamdiu sententia judicum de legitimis heredibus pronuntiata non esset, aliorum quoque, qales Saxones, jura servare sua esse.[131])

Quae imperator de statu rerum Juliacensium tunc maxime censuerit, ex epistola Cavalli colligere possumus. Imperatorem non fugit, foedere facto causam Praetendentum potiorem redditam esse. Saxonum autem auxilium rem suam parum promoturum esse, non ignorabat.[132]) De Alberto autem archiduce jam nihil sperabat. Qui, quum Henricus rex milites in Campaniam ad fines fere terrarum Belgicarum misisset, cavebat, ne belli causa daretur, neve induciae cum Hollandis factae rumperentur. Itaque quum e nulla parte socius existeret, certe imperator quoque de bello non cogitavit.

Attamen, quum bene intelligeret, rem Juliacam totam in Praetendentum commodum conversum iri, nisi rei se immis-

---

131) Leopoldus iterum atque iterum edixit, id se maximum agere, ne jura Saxonum a Praetendentibus vana et irrita redderentur. Dicit Leopoldus in epistola, de qua egimus in excursu III: Der Kayser ist ob contemptum suae superioritatis et jurisdictionis Insonderheit aber auch auff Anruffen dess Churfürsten zu Sachsen/ im Namen Ihrer L. gantzem Hauss die Sache zu cassiren vnd auffzuheben bereit.

132) Ex epistola Cavalli d. 27. m. Jul.

ceret, Leopoldum misit, cui mandatum erat, non ut terras occuparet — nam cum perpaucis qui in Julia erant militibus nihil efficere potuit — sed ut provideret, ne res omnino e manibus imperatoris elaberetur. Atque, quum Francogallorum eodem tempore inimicitias timeret, commissariorum Juliacensium alterum, Hohenzollerum, in Galliam misit, qui regem peteret, ne Praetendentes adjuvaret.

Leopoldus deinde copias collegit. Edicta imperatoris d. 7. et 11. m. Jul., quae Hohenzollerus d. 23. Jul. Duesseldorpii, d. 26. Deuris ad muros et portas affigi jusserat, a Leopoldo iterum promulgabantur[133]) d. m. 28. Jul.

Qui delinquerent, si provinciales forent, confiscatione bonorum et exilio multarentur, qui extranei capite poenas luerent.

Ad Hollandos[134]) autem, quibuscum intimae principibus essent amicitiae, Leopoldus legatos misit, qui pronuntiarent, nullum privatum commodum a Caesare spectari, sed satis factos principes, qui successionis participes essent, Rudolfum velle.

Quibus illi responderunt, mirari se vehementer, cur aut Caesar pactionem Trutmonianam improbaret, aut archidux ipse illuc advenisset, tranquillitatem imperii haud leviter perturbaturus neque enim eos defuturos esse, qui legitimam successionem forti manu sustentaturi essent. — Principes autem rita quadam actione ante Petrum Ganssum notarium edicta imperatoris refutant, d. Saturni 1. m. Aug. Edicta autem avelli jussunt. Appellationem[135]) cum litteris tam

---

133) Ex appellatione prima Possidentum d. 1. Aug. facta; cf. Rer Jul. Fascic.

134) Pufendorff de rebus gestis Friderici Guilelmi Magni. Lipsiae et Berolini. Impensis Joannis Andreae Rüdigeri 1733 (editio altera p. 160 IV. §. 12.) Missus est dominus de Einathen cum epistola d. 30. m. Jul. in castello Juliaco scripta.

135) Invenitur in Rer. Jul. Fasc. Appellation vnd Provocation beyder Unierten gewaldtmächtigten Fürsten in den Gülichschen, Clevischen und

ad imperatorem quam ad Leopoldum et alios principes mittunt. Omnia quae usque ad hoc in ducatu facta sint ac perfecta, temperata quadam relatione exponunt. Quae imperator dixerit, ut Praetendentes ad tribunal imperatoris se conferant, ea post pactionem Trutmonianam tradita esse.[136])

At profecto omnino non desperata fuit Possidentum causa. Nam Henricus Jacobusque reges easdem rationes politicas secuti, quas Hollandi, praesto erant, et principes ipsi urbibus copiis quibusdem firmatis ac duobus millibus peditum milleque equitibus a Brandenburgo coactis parati erant. Quin etiam paullatim arces et oppida, quae usque ad hoc Possidentibus resistebant, vel occupata sunt, vel sua sponte se dederunt. Paucis diebus post adventum Leopoldi Blankenbergium, quod castellum in Montibus situm est, a Georgio ab Heiden, cui Schoenrad parebat, et a Henrico Quaed de Isengarten et a Joanne Lueningo de Pleess occupatum est (d. 29. m. Jul.). Iidem d. 31. m. Jul., dum Bertramus a Nesselrode abfuit, Windekium castellum oppresserunt.

Attamen duae fuerunt causae, ex quibus magnum imminebat periculum. Metuendum enim erat, ne Brandenburgus Neoburgusque iterum ad inimicitias descenderent. Nam hic quum jam antea ad partes Caesareas adeo se applicasset, ut et ordines ducatus et principum evangelicorum plerique Joanni Sigismundo magis favissent, quam illi, tum iis maxime temporibus et consiliis usus clandestinis subditorum animos pecunia sollicitavit et fidei catholicae in diem magis se appropinquavit.[137])

---

zugehörigen Landen. Wie dieselb von Ihren FF. GG. dem Herrn Churf. v. Meyntz vnd anderen zugeschickt worden. Mit ihren Beylagen. Düsseldorf 1610 durch Bernhard Buyss gedruckt. Bibl. Berol.

136) Dicunt: Die Original-Citation sei edlicher nach solcher Vergleichung einbracht und publicirt worden. Quibus comprobantur quae supra pag. 61 diximus, edictum d. 24. m. Maji datum ante d. 8. m. Jun. non subscriptum esse.

137) Droysen II. 2. p. 581. Joannes Nassoviae comes nuper Heidel-

Huc accessit, quod et elector ducesque Saxonici ante imperatorem conatibus Possidentum intercesserunt. Itaque quae Mauritius landio ad controversias illas dirimendas susceperit, eo magis collaudanda videntur.

De conatibus Saxonum.

Quae et Hollandorum et Francogallorum legati et Henricus ipse post mortem Joannis Guilelmi ducis speraverant, principes Saxonicos, pactionum de mutua successione cum civitate Brandenburgica factorum memores, in re Juliaca electoris partium futuros esse,[138]) tantum aberat, ut recte sensissent, ut non modo ab imperatore investituram peterent, sed etiam Joannis Sigismundi proscriptionem.[139])

Quos ut ab ejus modi conatibus avocaret, Mauritius, quum die 5. m. Jul. Joanne Casimiro duce citato Ischershauseniam se contulisset, proposuit, ut vel successionem, quae tempore praetermisso postularent, omnino abjicerent, vel si rem continuare vellent, viam „non juris in aula Caesarea neque facti, quae periculis plena sit, sed amicabilis cujusdam compositionis“ inirent.

---

bergia nuntiaverat, principes, qui illuc convenissent, rem Brandenburgicam majore complexos fuisse favore quam Neoburgicam, in epistola d. 16. Jun. data itemque in litteris ad dominum a Diskaw scriptis (Mscrpt.) Neuburgos sua jura nuper ante regem Francogalliae deduxisse „und denselben fast eingenommen.“ Joannes Nassovius dixerat: So wird alles wahrgenommen, was den Landen und besonders dem Churf. von Brandenburg zum besten scheint.

138) Jeannin V. 326 seq.

139) Saxoniam rem Juliacam per multum tempus neglexisse, etiam ex iis intelligi potest, quae consiliarii electoris, quibus jura utriusque lineae dijudicanda tradita erant, attulerunt. Ex relatione rerum Ichershauseniae gestarum Mscrpt. Berol. Possidentes in refutatione jurum Saxonum (cf. appellatio prima d. 1. Aug. facta) dicunt, ordines edixisse „das niemahlen bey Leben oder auch Todt ihres abgestorbenen lezten Landsfürsten und Herren, dieser praetension unter dem nahmen der Interessirten herrn gedacht worden. Primum Saxonum legatum in Julia comme-

Quam Joannem Casimirum quoque aliis anteposuisse, ex epistola quadam electori data[140]) intelligitur.

Elector autem postulabat, ut Saxones a Possidentibus in „simultaneam possessionem" acciperentur, atque foedus Trutmonianum tolleretur. Deinde Gumpertus a Langen Jacobusque Schroeterus ad ordines mittuntur.[141])

Neque Mauritius, quum tunc Christianum II. electorem ad communem partium evangelicarum causam perducere frustra studuisset, quae paulo post summopere agitaverat, pactiones de mutua successione inter Brandenburgiam Hassiam Saxoniam antea factae ut renovarentur, perficere potuit.

Neque fugit eum, rem Juliacam ad arma spectare.

Res Juliaca Unioni committitur. De legationibus in Galliam missis.

Nam quum Leopoldus et Juliam oppidum munitionibus firmasset, et vagos lascivientesque per agros vicinos milites ab archiduce dimissos undique collegisset, quumque et

---

moratum invenio in conventu Duesseldorpensi mensi Julio habito (Relatio Augustis 1611.) Jam antea Christianus II. elector Mauritium landionem admonuerat, ne Trutmoniae se interponeret. (In epistola Rudolfi d. 11. m. Jul. ad ordines data.)

Kurtze Relation desjenigen so den 5. u. 6. Juli zu Ichtershausen mit Sachsen-Coburg F. G. durch ihre F. G. vonn Hessen der Gülichschen Sachen halber ist tractirt worden. Mscrpt. Bibl. Berol.

„Es wollen beyde Sachssen dahin richten, das entweder mit den vorhabenden pratensionibus — als mit welchen fast lang geschwigen vnd die besten occasiones verseumet gentzlich zurückgehalten, oder da man sich je nachmals darauff fundiren wollte, nicht via juris in aula Caesarea, quae periculis plena, sondern via amicabilis compositionis Und dasselbig je eher je besser möchte vorgenommen werden.

140) Scripsit eam d. 27. m. Jun. Mscrpt. Berol. Man müsse sich, da schon periculum in mora sei, dass d. Keiser das Land in sequester nehme mit d. übrigen Interessenten Pfalz und Brandenburg vergleichen.

141) Quos nihil impetrasse Haeberlinus dicit XXIII. p. 189 et 150.

Albertus et rex Hispaniae ipse hostilia molirentur, Wolfgangus Guilelmus autem certior factus, imperatorem Christiano Anhaltensi, Donauvertiam urbem se restituturum, promisisse, Rudolfo in diem magis se accommodaret, Ernestus marchio persuasum habebat, nunquam, nisi sequestro ex terris expulso, rem in meliorem statum redditum iri.[142])

Henricus autem quum perspiceret, de imperiis Habsburgicis diminuendis quae cogitaret, nunquam se perfecturum esse, si principes regni Germanici, ut fieri solebat, privatas suas rationes communi saluti anteponerent, id potissimum agebat, ut Unio protestantica viribus suis Possidentes adjuvaret. Quae ut corroboraretur, nihil antiquius habebat rex, quam ut principes Germaniae „Correspondentibus" se adjungere adhuc recusantes ad communem adduceret causam.[143])

Quique inde a principiis unionis ab Henrico rege sollicitatus erat, Mauritius Hassiaticus, quum quae ordines Landgrafiatus antea flagitaverant, Unioni ne se addiceret dominus, jam nihili aestimaret, Correspondentibus se jam non defuturum esse declarabat. Joannem Sigismundum quoque ut Unioni se addiceret, per litteras orabat. Joannes Sigismundus interea cum ordinibus suis de subsidiis agebat.[144])

---

142) De qua re cf. Droysen loc. nom.

143) Unioni augendae certe nemo majorem dabat operam, quam Henricus ac nemo eam magis aestimabat. Legatus Francogalliae Bongarsius quum certior fieret, Christianum Anhaltensem priusquam ab imperatore auditus esset, per tres menses oppertus esset, dixit: je ne crois pas, qu'ils patientent si longtemps, *ce serait prophaner l'union* en premier acte." In epistola ad landionem d. 13/23. m. Jul. data. Mscrpt. Berol.

144) De hac re, quae in ratione ordinum Brandenburgicorum cognoscenda permagni momenti est, taceo. Consilium ordinum, quod est electorum ex ordinibus virorum in d. 14. m. Aug. convocatum est. Qui quum pecuniam decernere nollent, particulares in circulis singulis conventus convocantur. Ex iis ad d. 17. m. Sept. Novam Ruppinam delecti viri mittuntur. (cf. Droysen II. 2. cui harum rerum altiorem cognitionem debeo, Helwing I. 2. p. 877. Klaproth p. 125. Jul. Mebes Beiträge zur Gesch. d. Brandenb. Staates und Heeres. Berlin 1861 p. 902.)

Deinde et in Francogalliam et in Britanniam legati missi sunt. Nam Joannes Sigismundus Christophero a Dohna a Christiano Anhaltensi Parisiis relicto, quum jam antea mandasset, ut jurum Brandenburgicorum patrocinium apud Henricum regem susciperet, tum Wolfgangus duos comites Solmsianos[145]) misit. Christopherus igitur legatis auctoribus, antequam ipsi Henricum visitarent, ut quae Joannes Sigismundus sibi mandasset, regem certiorem faceret, cum libello suo in linguam Francogallicam translato ad Fontes Bleaudi se contulit. Cui, si Winwood vera tradit, comitibus Solmsianis a Wolfgango Guilelmo privata occultaque mandata Palatini solius commodum spectantia commissa esse,[146]) dum Ernestus marchio sperabat, fore ut comites Brandenburgorum quoque commodum tuerentur, sane non minimae agendae sunt gratiae.

Neque Henricus, quum Dohnam summo cum honore excepisset, quae ille proferebat invitus audivit.

Nam rex ubi ab eo comperit, et Christianum Anhaltinum et ex ministris Joannis Sigismundi quemquam Pragam missos esse, electori autem ipsi fixum jam esse et deliberatum, ut Unioni se applicaret, declaravit, electoris multo studiosiorem se esse, quam Palatini Neoburgici, neque proa-

---

145) Winwoodus dicit: Solmsianos illos Palatino solo paruisse neque nisi Ernesto precante communi causae imbutos fuisse. Comes Solmsianus Wolfgangum comitatus est quum hic per terras migravit. Accedit quod comites postea Londini rem Wolfgangi modo agebant. (Memorials p. 77. 4. m. Oct.) Eodem tempore quo legati Praetendentum Parisiis adfuerunt, Hohenzollerus comes ab imperatore et Leopoldo delegatus ibi commorabatur. cf. p. 78. De cujus legatione multa praebet Cavallus. Neoburgus eodem tempore Danielum ab Hutten ad Venetos, quibuscum illi usque in annum 1610 crebri commeatus erant, misit. Albertus archidux eodem tempore (sc. Sept. 1609) Richardotum legatum Parisios misit, qui diceret, Albertum controversiis se non immisciturum esse. (Ex relat. Cavalli.)

146) Winwoodus d. 11. m. Sept. Haaguae: solely depend upon the Palatine of Newburgh. cf. p. 84, add. 148.

vorum ejus quanta erga se fuisset benevolentia, omnino se oblitum esse.

Similiter Dohna: Henricum causam Brandenburgicam pluris aestimasse quam Neoburgicam, ex eo colligi posse, quod rex, dum electoris legati saepe libenterque audiebantur, quos Palatinus delegavisset, rarissime arcessivisset.

Bongarsium autem rex in Germaniam delegavit, qui et Duesseldorpii principes ut discidiis depositis communem rem accerrime persequerentur, incitaret et Joanni Sigismundo aliisque persuaderet, ut et causam Juliacam quam studiosissime agerent et foedus principum catholicorum devincerent.[147])

Namque in utrisque rebus et in concordia Possidentum et in bello parato aeque magnum positum esse momentum, regem non ignorasse, constat.

Itemque Jacobus quum et ipse Brandenburgos Neoburgis anteponeret, fratribus Solmsianis a Francogallia in Britanniam profectis, (qui detulisse regi dicuntur Wolfgangum Guilelmum, si ille imperium Juliae Cliviaeque sibi prospexisset filiam ejus in matrimonium petiturum esse[148])), explicavit, boni religiosique regis quum esset, pacem servare malle, quam ad certamen instigare, maximam semper operam se daturum esse, ut principes consilia sua conjungerent. Periculum autem saluti possidentum si immineat, nunquam se defuturum esse.

---

[147]) Quae initio m. Nov. mandata sunt. Memoriels III. p. 85.

[148]) *Winwoodus* loc. nom: his Count hath Charge to make an Overture of a Mariage between our Princess and Wolfgang the eldest Son of Newburgh, if he were solely and peacebely possessed of the States he now pretendet to. This doth shew that there are secret and underhand practices notwithsstanding the Traity made between then to submitt their difference to the arbitrage of Friends. cf. infra pag. 96 sq. Fratres Solmsiani d. 5. m. Dec. ex Anglia reduces erant. cf. Winwood Memorials III. p. 90. cf. pag. 93.

De litteris Leopoldi et Possidentum, de tractatione Coloniensi, de edictis imperatoris acerrimis.

Leopoldus paulo post adventum suum Possidentibus epistolam dedit, ad quam illi d. 5. m. Aug. rescripserunt.[149])

Archidux quamvis provulgaret, se ab imperatore missum esse, ut pax conservaretur, tamen et milites conscribere vel potius vi adhibita comparare, copiasque ac praefectos ex provinciis finitimis advocare et insignia Brandenburgica a muris avellere non cunctatus est. Subditos autem vi coegit, ut angarias operasque servas praestarent. Respondent igitur principes, ne excedat archidux mandata Caesaris, neve terras pacatas denuo turbet.

D. 18. m. Aug. legati Possidentum ante Leopoldum idem agunt.

Simulque appellationem Duesseldorpiensem, quam exscribi Possidentes jusserant[150]); archiduci tradunt.

Quam hic litteris refutandam esse duxit, ne auctoritas et imperatoris et commissarii imperialis impune detrectaretur.[151]) Certamen igitur litteris commendatur.

---

149) Epistolae in Rer. Jul. Fasc. inveniuntur et in Londorpio a Meyero continuato I. Bd. IV. p. 489. 512 cf. in Excursu III.

150) Altero editum est apud Bernhardum Buyssum Duesseldorpii ao. 1610. Appellatio etiam nominatur instrumentum provocationis et oblationis. cf. pg. 78. D. 20. m. Aug. ad Caesarem missa est, tres igitur fere hebdomades consumptae sunt a die appellationis, ea sine dubio ex causa, quod appellatio non dimissa est prius quam typis descripta erat. Leopoldus in refutatione appellationis dicit, was die Fürsten in einem offenen gedruckten Schreiben an unterschiedliche Potentaten des Reiches ausgebreitet hatten.

151) Also ist solchem vorzukommen für eine Notturft erachtet....mit einer gegen und defensionsschrift kürzlich aussuführen und zu demonstriren, und also zugleich besagter Schrifft ungrund vorzuzeigen. Ex „Responsion Erzhogen Leopoldi auff die Copiam Instrumenti provocationis et oblationis und anderen darinnen von Herren Ernst etc. und Wolfgang Wilhelm etc. angezogenen Beylagen: in punkto praetensae possessionis des Fürstenthums Gülch etc.“ Rer. Jul. Fasc. cf. in Excursu III.

vorum ejus quanta erga se fuisset benevolentia, or oblitum esse.

Similiter Dohna: Henricum causam Bra pluris aestimasse quam Neoburgicam, ex quod rex, dum electoris legati saepe bantur, quos Palatinus delegavisset, ra

Bongarsium autem rex in Germa Duesseldorpii principes ut discidiis accerrime persequerentur, incit aliisque persuaderet, ut et ca sissime agerent et foedus r cerent.[147])

Namque in utrisque et in bello parato aeq regem non ignorasse

Itemque Jacob ... omnibus anteponeret, frat profectis, (qui ... entias refellere. Duessel- si ille imperi ... ol responderunt.[154]) Neque difficile in matrim ... quae archidux protulerat argumentis, jurum que reg ... integritatem deducere et demonstrare. Si enim certar ... ordinibus gestae in re Juliaca nunc quoque mo- esse ... habebant — ut Leopoldus voluit — res ad officium a ... principum pertinebat quam imperatoris. Nam quam- ... non negemus, ordines nonnunquam Interessentibus obsti- tisse, tamen inter omnes constat, eos recessum imperatoris

---

152) Leopoldus dicit: mit Bewilligung der samptlichen Landständ, eine sonderbare Regiments-Ordnung durch ihre ansehnliche Commissarien Publiciren, Insonderheit auch die Hauptfestung Gülich in Irer May. und des heyl. Reichs versicherung und verwahr nehmen und halten, Räthe ab- und ansetzen lassen cf. pg. 5 pg. 12 seq.

153) Leopoldus scribit, imperatorem etiam post mortem Joannis Guilelmi, „in übung und exercitio, auch possession der Regierung und Landen, als Ober-Richter und Lehnherr befunden gewesen.“

154) cf. Ernsts und Wolfgang Wilhelms Replic Schreiben an Leopold. Rer. Jul. Fasc.

odo non probasse, sed etiam rita actione deprecatos
nterressentes autem quum ante mortem ducis a parte
rdinum, ut terris praeessent, rogati essent, tum
n ducis, ubi foedere se consociassent, omnium
consensu sustinebantur.

Possidentes de his ac talibus ejus modi
nt. Maligna criminosaque ejus verba
anno 1591 usque ad annum 1596 gestas
erlustrare. Dicere, non imperatorem
essentes, ut curam terrarum susci-
quanta Interessentum in subditos

ldo paullum satisfecerunt, ta-
cum Possidentibus conveniret.
. 21. m. Sept. data declaraverant, si
aliud curae esset, quam ut quae imperator
.. et d. 11. m. Jul.[156]) edixerat, perageret, jam nihil sibi cum eo rei esse.[157]) Deinde regum principumque sociorum comminati erant iram. Leopoldus sine dubio speravit, fore ut per colloquia nova quaedem actionum fundamenta sibi pararet[158]). Wolfgangus Guilemus autem non modo precibus ejus respondit, sed etiam optata praevenit.

Palatinus enim, quum multa ad conducendos mili-

---

[155]) Dicunt: Dermassen harte und anzugige Worte, damit unserer billich der verwantnuss und Fürstlichen stands auch chur und fürstliche häuser halber verschont werden solten.

[156]) cf. pag. 71 seq.

[157]) In epistola d. 21. Sept. data leguntur: haben auch nicht Ursach, E. L. vnd vns selbsten mit weiterer verdriesslicher schrifftwechsselung zu bemühen, Sintemahl wir E. L. für unsern Richter nicht erkennen. De commissariatu Leopoldi nihil se habere quod dicant: Sintemahl wir dieselbige in Originali noch nie gesehen.

[158]) Winwoodus d. 17/27. Novembris tradit, Leopoldum in conventu principum id maxime egisse, ut palatinum a Brandenburgo abstraheret, „there is already“ some underhand Praktices between Leopold and Neoburgh (memorials III. p. 87.)

Possidentes de pristinis partium utrarumque actionibus, quales inde ab anno 1591 cum ordinibus et consiliariis ducatus iis fuisse supra memoravimus, nihil attulerant. Privilegia modo et edicta Caesaris, ad jus feminarum in Julia hereditarium quae spectabant, citaverant: Leopoldus animum in alteram quandam cogitationum disceptationumque seriem intendit. Imperatorem ab utrisque ultimis principibus rogatum esse, ut rempublicam Juliacam constitueret: recessum igitur ab imperatore compositum esse, ordinibus universis approbantibus[152]), Juliam urbem eum sibi reservasse et custodiisse, consiliarios sua voluntate tam nominasse, quam removisse. Itaque imperatorem, cui inde ab illis temporibus res publicae Juliae demandatae fuissent et nunquam derogatae, etiam post mortem ducis et supremum causae judicem et terrarum dominum remansisse atque ab omnibus talem accipiendum esse.[153])

Principum fuit Leopoldi sententias refellere. Duesseldorpii d. 21. m. Sept. ei responderunt.[154]) Neque difficile fuit, ex iisdem quae archidux protulerat argumentis, jurum Possidentum integritatem deducere et demonstrare. Si enim res cum ordinibus gestae in re Juliaca nunc quoque momentum habebant — ut Leopoldus voluit — res ad officium magis principum pertinebat quam imperatoris. Nam quamvis non negemus, ordines nonnunquam Interessentibus obstitisse, tamen inter omnes constat, eos recessum imperatoris

---

152) Leopoldus dicit: mit Bewilligung der samptlichen Landständ, eine sonderbare Regiments-Ordnung durch ihre ansehnliche Commissarien Publiciren, Insonderheit auch die Hauptfestung Gülich in Irer May. und des heyl. Reichs versicherung und verwahr nehmen und halten, Räthe ab- und ansetzen lassen cf. pg. 5 pg. 12 seq.

153) Lepoldus scribit, imperatorem etiam post mortem Joannis Guilelmi, „in übung und exercitio, auch possession der Regierung und Landen, als Ober-Richter und Lehnherr befunden gewesen.“

154) cf. Ernsts und Wolfgang Wilhelms Replic Schreiben an Leopold. Rer. Jul. Fasc.

non modo non probasse, sed etiam rita actione deprecatos esse. Interressentes autem quum ante mortem ducis a parte quadam ordinum, ut terris praeessent, rogati essent, tum post mortem ducis, ubi foedere se consociassent, omnium fere ordinum consensu sustinebantur.

Ac profecto Possidentes de his ac talibus ejus modi Leopoldum monent. Maligna criminosaque ejus verba aspernari,[155]) res ab anno 1591 usque ad annum 1596 gestas commemorare et perlustrare. Dicere, non imperatorem modo sed etiam Interessentes, ut curam terrarum susciperent, evocatos esse, quanta Interessentum in subditos fuerint merita, repetere.

Quae quidem etsi Leopoldo paullum satisfecerunt, tamen in mentem ei venit, ut cum Possidentibus conveniret. Hi enim in epistola d. 21. m. Sept. data declaraverant, si Leopoldo nihil aliud curae esset, quam ut quae imperator d. 7. et d. 11. m. Jul.[156]) edixerat, perageret, jam nihil sibi cum eo rei esse.[157]) Deinde regum principumque sociorum comminati erant iram. Leopoldus sine dubio speravit, fore ut per colloquia nova quaedem actionum fundamenta sibi pararet[158]). Wolfgangus Guilemus autem non modo precibus ejus respondit, sed etiam optata praevenit.

Palatinus enim, quum multa ad conducendos mili-

---

155) Dicunt: Dermassen harte und anzugige Worte, damit unserer billich der verwantnuss und Fürstlichen stands auch chur und fürstliche häuser halber verschont werden solten.

156) cf. pag. 71 seq.

157) In epistola d. 21. Sept. data leguntur: haben auch nicht Ursach, E. L. vnd vns selbsten mit weiterer verdriesslicher schrifftwechsselung zu bemühen, Sintemahl wir E. L. für unsern Richter nicht erkennen. De commissariatu Leopoldi nihil se habere quod dicant: Sintemahl wir dieselbige in Originali noch nie gesehen.

158) Winwoodus d. 17/27. Novembris tradit, Leopoldum in conventu principum id maxime egisse, ut palatinum a Brandenburgo abstraheret, „there is already“ some underhand Praktices between Leopold and Neoburgh (memorials III. p. 87.)

tes impensa pecunia opes satis jam exhaustas vidisset, quumque bellum evitandum esse putaret, et Ernestum marchionem et Leopoldum Coloniam invitavit.[159]) Ernestus autem, quum non nesciret, Wolfgangum Guilelmum et cogitare, fide evangelica se abdicare,[160]) et in conventu cum Leopoldo collusurum esse, non nisi fatigatus precibus Wolfgangi[161]) ac invitus Coloniam se contulit. Aderant nonnulli ex ordinibus terrarum et consiliarii Ferdinandi, Coadjutoris Coloniensis, et ducis Bavarici, cujus opem Interessentes expetierant.[162])

Neque Ernestus, quum diu prospexisset, nulla in alia re salutem positam esse, quam in bello, quid aliud in animo habebat, quam ut proposita Leopoldi cognosceret. Leopoldus autem poposcit, ut induciae usque ad Christ. natalitia fierent, utque principes usque ad illum diem ex terris decederent, omniaque in pristinum statum restituerent.[163])

Attamen ubi tantae necessitates depugnandi obvenerunt, ex hominibus ne cupidissumus quidem pacis aut precibus adversariorum aut minitationibus cessisset. Re igitur infecta principes Colonia discesserunt.

Quae quum ad irritum cadunt, quumque interea d. 15. m. Aug. Unio evangelica se in rebus Juliacis cum auxilio suo affore promiserit, imperator edictorum severitatem auget. D. enim 6. Nov., edicto d. 11. Juni repetito praefectis,

---

159) Accedunt preces ordinum. Ernestus dicit in epistola (cf. ann. 161.): Wir wollen nicht vorenthalten wie dass von etlichen Gülichschen iedoch nicht wenigk verdechtigen Ständen zw. des Erzh. Leop. Uns und des Herrn Pfalzg. L. eine guetliche Communication vorgeschlagen worden.

160) Qua de re Wolfgangus Albertum certiorem fecerat. Droysen II. p. 588.

161) Dicit in epistola quadam d. 22. m. Oct. (1. Nov.) data (Mscrpt. Berol.) Der Pfalzgraf hat dermassen in uns gesetzt, das wir entlich denselben eingehen müssen, jedoch haben wir solchen nicht weitter, denn nur des Erzherzog Leopoldi intent zu vernehmen und anzuhören, deferriret. Ernestus celeriter de hac re ad Mauritium landionem nuntiaverat.

162) Ex scripta def. Joannis Sigismundi et Annae.

163) Ex relatione Augustis descripta.

centurionibus, militibus denique imperavit, ut usque ad hebdomadem septimam Possidentes desererent locaque et arces traderent. Etsi omnes, qui adhuc sub armis essent, poenam banni commeruissent, tamen veniam iis, si ad Leopoldum transirent, se daturum. Ordinibus eadem demandata sunt: eaedem igitur minae, eademque veniarum promissa.[164]) Atque principibus quidem imperator bannum denuo comminatus est. Neque ut antea quattuor menses ad deliberandum conceduntur, sed ut tricesimo sexto ab illo die Possidentes Pragae ante imperatorem adessent, edicto d. 9. Nov. dato, quod edictum sine clausula nominatur, constitutum est. D. autem 11. m. Nov. 48 ex ordinibus[165]) sub poena banni mandatum est, ut tricesimo sexto abhinc die ad aulam caesaris comparerent.

De auxilio Saxonibus dato.

Imperator jam ab initio speciem patrocinii tutelaeque cujusdam Saxonum prae se tulerat.[166]) Tantumque aberat, ut eam tunc deponeret, ut quum jam non ignoraret, causam Juliacam, ad quam Unio evangelica accessisset, ex privata quadam re partibus de religione inter se dissidentibus commune religionis bellum factum iri,[167]) tam Neoburgum quam Saxones simulatis promissis tentavit.

Neque alii defuerunt qui Saxonum causam promoverent. D. enim 29. m. Aug. electores ecclesiastici apud Joannem

---

164) Inter caetera ordinibus ab imperatore crimini datur, quod proclamaverant „sie hätten nun ihre angeborene Herrn im Land.“

165) Inter quos fuerunt Philippus et Fridericus Solmsiani comites; Joannes Adolfus de Dhaun, comes Falkensteinensis; Adamus Schwarzenberg; Joannes Ketler; Joannes Fridericus de Calkum, cui cognomen Leuchtmari (ex domo sua Leuchtenbergensi); Guilelmus de Lohausen; Mathias Wachtendunk Hullhausensis; Bersau de Hardenberg.

166) cf. supra pg. 77.

167) Leopoldum similia judicasse, ex litteris quibusdam interceptis

Sigismundum jurum Saxonicorum patrocinium per litteras susceperant.

Principes lineae utriusque Saxonum iis maxime temporibus bis convenerant: Naumburgii d. 20. m. Aug. et Torgaviae d. 6. m. Sept. Joannem Casimirum de re Juliaca non idem censuisse quod Christiannus II, supra diximus.[169])

Quorum discidiis quum alii principes, tum Christianus, Daniae rex, qui in causa Juliaca jam diu cum Henrico et Jacobo regibus et cum Hollandis stabat, auctoritatem suam interposuerant.[170]) Denique id effectum est, ut d. 11. m. Sept. legati electoris Saxonici cum legatis ducum ad aulam Caesaream de juribus Saxonum denuo loquerentur.[171])

In aula Saxonica audiebantur qui dicebant, gravissimas sane poenas ab iis petendas esse, qui sive cum Brandenburgis sive cum Statibus evangelicis quibuscumque componerent.[172])

Itaque quum bellum non procul abesse videretur, Mauritius landio qui dubium non esse duxit, Unio evangelica quantopere rei Juliacae prodesse posset, ut Joannem Sigismundum ad commune Evangelicorum commodum perduceret, m. Sept. Berolinum profectus est.[173])

---

colligi potest. Quarum litterarum Droysenus mentionem facit II. 2 p. 587.

168) Naumburgii principes constituerunt et edixerunt, nullum se alium judicem accepturos esse nisi imperatorem p. 221 add. 3.

169) cf. pag. 81.

170) Litterae Christiani datae sunt d. 21. m. Aug.

171) Implorations-Schrift am Kays. Hofe durch die Chur- und Fürstl. Sächsischen Gesandten am 11. Sept. in forma suplicationis übergeben. Arch. Anhalt-Dess.

172) Mauritius Landio Berolini dixit: Christiano Electori id a consiliariis, quorum permulti ex caesare penderent, persuaderi: Das man vermeinen darf eine Todsünde zu begehen, wofern man ohne Vorbewusstsein und Erlaubniss K. M. mit E. L. oder andern evangelischen Ständen in der Güte etwas handeln sollte.

173) Hanc rem praetermitto. Multa affert Rommel in hist. Hassiae VII. p. 300—303 cf. Droysen II. p. 584.

Berolino landio Dresdas profectus est. Nihil enim omittendum curavit, quo Brandenburgi cum Saxonibus reconciliarentur. Quae ut fauste evenirent, multum aberat. Nam consiliarii imperatoris, quales Engelhofferus, Saxonum postulata confirmaverunt, principesque instigaverunt, dicentes, jura Saxonum meliora esse quam Possidentum, imperatorem etiam censere.[174])

Ex quo Possidentes cum Unione tractabant, Ernestus marchio bellum jam magis optabat, quam pacem.[175]) Elector iis maxime temporibus rem cum ordinibus Marchicis bene peregerat. Jamque alii commodum politicum spectantes, ut res in discrimen venirent, alii ut de religionibus denuo certaretur, sollicitabant. Nec defuerunt, qui censebant, principibus non imperatorem modo et Hispanos debellandos esse, sed etiam ligam catholicorum.[176])

Jamque ab aliis partibus res propius ad discrimen adducuntur: credo enim, eo maxime tempore scilicet anno 1609 exeunte Ligam catholicam non modo ad rem Juliacam primo accessisse, sed etiam imperatori institisse, ut ea armis finiretur. Percaute tamen de hac re dicam.

De conatibus Ligae Catholicae. Bellum ab utrisque partibus paratur.

Rudolfum bellum noluisse supra dictum est.[177]) Edictis quidem Possidentes terrebat: armis abstinebat. Cujus rationem nemo admirabitur: nam quum a sociis Possidentum arma instarent, tum certamina cum Mathia orta imperatorem opprimebant. Nulla igitur in hoc ne exeunte quidem anno 1609 belli cupiditas.

---

[174]) Ex epistola Engelhofferii Goedelmanno data d. 27. m. Oct. Eodem fere tempore Pragae libellus jurum Burgavensium traditus est. Invenitur in Rer. Jul. Fasc.

[175]) cf. Droysen II. loc. nom. cf. pg. 88.

[176]) inter quos Henricus rex.

[177]) cf. pg. 70 et 77.

D. 23. m. Nov.: Priulius legatus Venetus, qui m. Oct. Cavallum Pragae subierat, nuntiat, se imperatorem fixum videre et deliberatum arma non capere,[178]) duci autem Saxoniae, (namque Christianus elector propter nimiam inertiae ebrietatisque copiam curam rerum Juliacarum Joanni Georgio fratri commiserat,) qui ab imperatore petiit, ut electorem Brandenburgicum proscriberet, sibique permitteret, ut cum exercitu Cliviam versus tenderet, imperator respondit, in consilio aulico satis ei fore salutis, vel armis non opus esse.

Neque consiliarii certe imperatorem instigabant, ut Leopoldo auxilium mitteret. Cavallus et Priulius dicunt, eos id modo egisse, ne Leopoldus, quem imperatori inter consanguineos longe gratissimum fuisse viderent, potens et metuendus existeret. Alios de sententiis consiliariorum imperialium eadem retulisse non inveni. Relationum Venetarum locos, qui ad hanc rem spectant, exscribo.[179])

Inde ab ineunte sequestro non semel sed iterum atque iterum Pragae a consiliariis propositum est, ut curatela terrarum Juliacarum electori Coloniensi daretur.[180]) Leopoldus ipse inopia pressus coadjutori terram cedere voluit.[181])

---

178) Dicit: qui si tratta solamte di salvare la reputatione all' Arcd Leop. e non praejudicare alla superiorita Implo: ma di mover arme vego tutti assai risoluti al non.

179) *Cavallus d. 10. m. Aug.* non è stimato bene, che S. Alt. vi si habbi piu longto a trattenere per che non vedono volontieri continuar la plenipotenza. *Idem d. 17. m. Aug.* Si scuopre sempre piu che la partenza di S. Alt. (Leopoldo) per Cleves non fosse deliberata con quel fondamto ch'in cosa di tanto momento conveniva et che forse sia stata procurata da quelli, che non le vedevano volontieri qui et desiderano insieme, che le cose le succedino poco felicemte accio che non s'avanzi d'avantaggio nella gra di S. M. *Memoratu digna videntur quae Sarpius dicit:* egli ha per chimerico che quell Archiduca, quando havesse un tale Stato, potrebbe aspirare all' Imperio sun dogn'altro di sua casa per esser solo tra tutti loro amato dal Impre.

180) Qua de re Cavallus d. 10. m. Aug. et 27. m. Aug. Sarpius 13. Nov. 1609.

181) Sarpius d. 18. m. Nov. Pare che Leopoldo sii per partire da

Eum in Julia conditione sane tristissima usum esse ex litteris ipsius cognoscitur. Unde igitur rerum commutatio?

Liga Catholica initio quidem neque rei Juliacae neque commodo Leopoldi admodum favebat. Leopoldus, qui conciliatione ligae intererat, tristis et parum contentus Monachio rediit.[182])

M. autem Aug. electores ecclesiastici cum Guilelmo, Maximiliani Bavarici fratre, Moguntiaci de re Juliaca agebant.[183])

Ineunte mensi Sept. Leopoldus clam Coloniam se contulit[184]): inde a Colonia tunc res Juliaca recta est: Coloniae de lite in Possidentes instituenda agebatur.[185])

Elector Coloniensis Palatinum Neoburgicum tentare incepit. Spe matrimonii cum sorore sua faciendi eum allexit et instigabat, ut fidei catholicae se addiceret.[186]) M. jam Oct. omnes sperabant, Palatinum sollicitationibus electoris restiturum non esse.

Giuliers e cedere luoco al Coadjutore di Colonia, cosa interpretata da alcuni a favore di Spagna, da altri a favore di Francia.

182) Cavallus dicit d. 20. m. Jul. Leopoldo, che non havendo potuto partorir la sua venuta in questa città alcun bene se n'e partito poco consolato.

183) Praeterea eos de electione regis Romani egisse, Cavallus sciebat: per litteras secretiores nuntiat, de Maximiliano duce mentionem factam esse. Neque nesciebat, Protestantes de electione regis Romani cum rege Daniae agere. D. 20. m. Aug. electores ecclesiastici Litteras ad Henricum IV. dabant. Litterae exstant in Londorpii actis publicis I. p. 85 et apud Rousset p. 25.

184) Qua de re Cavallus d. 14. m. Sept.

185) Cavallus d. 21. m. Sept. Si forma in Colonia il processo contra delli Ppi.... che per la disobedientia sara giudicato piu opportuno.

186) Qua de re Sarpius d. 20. m. Oct.: Priulius d. 9. m. Nov.: et aliis locis „egli habbe intentione d'interposi col Ppe Wolfgango di Neub. antico amico della casa sua (sc: ducis Bavarici), perche lasci l'unione che ha con Brandbg, et si stringa con Impre aggiongendosi, che procuri anco di tirarlo alla fede cattca per maritarlo con una sua nepote, figla del Duca di Baviera. cf. supra pag. 84.

Jamque Saxones ad has partes se applicabant. Pragae notum erat, eos cum Leopoldo multa per crebras litteras colloqui. M. Oct. Leopoldum adhortantur, ut proscriptio Brandenburgi fiat.[187]) Exeunte m. Oct. Leopoldus Pragam epistola misit, qua ab imperatore eandem petiit. Cujus exsecutio ut Saxonibus committatur, archidux flagitat. Saxones Wolfgangum de Mansfeld legatum in Francogalliam mittunt, Angliam Daniam, qui necessitatem, qua Saxones ad vim adhibendam cogantur, demonstret.[188])

M. Nov. ineunte Ernestus elector Coloniensis Prágam misit, qui nunciarent, ad Caesarem se venturum esse.[189]) Neque Catholoci sane omnino de rerum suarum eventu desperabant. Protestantes mensi Nov. Hallam Suevicam conventum indixerant: haec res, ex qua non parvus Catholicorum metus pendebat, dilata est. Legati in Francogalliam denuo missi sunt, qui cum Henrico de hac re agerent. Catholici jam tunc sperabant, regem consiliis potius quam armis sociis suis affuturum esse.[190]) Similia Leopoldus ad imperatorem scripsit: regem Hohenzollero dixisse, se rationes ab imperatore et ab archiduce allatas volutaturum esse, ardorem belli in rege haud nimium esse.[191])

---

187) Priuli d. 19. m. Oct. cf. pag. 64.

188) Priulius d. 26. m. Oct.: „per notificare a quelle Mta la necessita in che si trova di pensar alla violenza, confessando pero che piu volontieri vederebbe terminato il neg. con trattmi amichevoli. Priulius d. 9. m. Nov. ex Avisis Coloniensibus de die 29. Oct.

189) De qua re Priulius d. 9. Nov.

190) Sarpius d. 13. m. Nov. Si va credendo da alcuni che il Re di Francia quae si mostrava tutto per quei Ppi adesso se ne ritiri e voglio far il mediatore.

Ex multis epistolis intelligitur Hollandos quoque, an rex quam diu principes Possidentes ipsi bellum evitarent, exercitum mitteret, dubitasse. Winwoodus d. 12. m. Nov. dicit Bongarsio mandatas esse rather Persussions and Exhortations than power Memorials III. 85.

191) Non facendo ne anco gran sforza l'ardor francese, Priulius d. 9. m. Nov. 1609. cf. pg. 83 add. 145.

Inter principes adhuc dissensiones, nullam in bello parando celeritatem esse.

Si nulla mora adhiberetur, bene de re sperandum esse.

Medio mensi Novembri elector Coloniensis cum Prelatis nonnullis, inter quos episcopus Spirensis, Pragam venerunt. Legatus Venetus sciebat, eos cum imperatore de re Juliaca egisse.

Elector tunc quidem imperatorem ad sententiam suam non perduxisse videtur.

Postquam paucos modo dies Pragae commoratus erat, Monachium profectus est.

Inde Pragam reversus arbitris remotis secretissime cum imperatore res deliberavit. Imperator tunc maxime ex epistola quadam ab electore data (d. m. 16. Nov.) acerbissimam contra Joannem Sigismundum conceperat iram.[192])

Neque defuerunt qui iis maxime diebus de periculo, quod ab Unione Protestantica immineret, verba facerent, quales episcopus Spirensis aliique. Legatus Hispanus Nuntiusque adstabant. Petierunt ab imperatore, ut Ligae Catholicae se addiceret.

Quod quum imperator renuisset — nam domini supremi non esse, singularum partium esse — tamen Ligam se adjuturum esse promisit.[193]) Neque quum Prelati obsecrabant, ut Unio

---

[192]) Priulius hanc epistolam ad rempublicam Venetam misit. Dicit: Il Elettor de Brand. ha scritto all' Imp. assai rissentitam[te]. Nuntiat et 14. Dec. Jam antea electorem litteras ad Rudolfum dedisse, colligimus ex relatione Cavalli d. 21. m. Sept. 1609 scripta: l'Elettor di Brand. ha scritto all' Imp. *intitolandosi Duca di Cleves et de Giuliers*, ch'haveria ben havuto forze con li molti amici che si ritrovano di levar l'Arc Leop. di Giulich ma che voleva assettar prima che da S. M. fosse richiamato con altri concetti a favore della causa sua et di molto pregiud[o] all aut[a] Imp[le]. Etiam haec epistola ad Venetos missa esse videtur. Sarpius de ea mentionem facit (m. Oct. 1609).

[193]) Che non potrebbe fare senzo pregiudicare alla universale superiorita ch'ha in tutta la Germ. perche com'ella S'interessasse in una parte l'altra le negherebbe l'obbedienza, e che per la med[ma] ragione

deleretur resque Juliaca, quae Protestantibes summo incremento esset, profligaretur, imperator studium eorum denegebat.

Paucis hebdomadibus post Rudolfus suo nomine[194]) et in Silesia et in Passavia et in terra Argentoratensi milites conduci jussit.[195])

Eodem tempore Philippus Hispanus Alberto archiduci mandavit, ut Leopoldo praesto esset.[196])

---

non voleva sottoscriver li Capti, na ch'egli prometteva ogni magior assistenza, com' haveva fatto il Papa et il Re di Spagna.

194) cf. pag. 110.

195) Jamque omnes sensebant bellum exarsurum esse: Dux Venetus d. 19. m. Dec. Danielo ab Hutten legato Neoburgico dixit: ..... ne è molesto l'intendere le difficoltà, ch'alla giornata, si scoprono nel nego di Cleves, et il dubbio ch'è l'esito debba essere diverso dal pmo. concetto she se ne fece: con internuttione della quiete di Germania et di tutto il Christianesimo. Etiam Maximilianus Bavaricus copias comparavit. Ex epistola Contareni.

196) cf. Sarpius d. 27. m. Nov. Leopoldus d. 2. m. Nov. cum Alberto Mariaemonte convenit. In relatione quadam de hoc conventu dicitur.... habbi promesso Leopoldo, che quando resti padron del paese cedera alcuni luoghi sopra il Reno et la Mosa ad Alberto.

LIBER TERTIUS.

DE REBUS AO. 1610 GESTIS.

Fieri non posse videbatur, quin Unio cum Liga, principes Evangelici cum Catholicis tam de rebus totius Germaniae, quam de re Juliaca decertarent.

Quae tandem elector Brandenburgicus de ea re censebat?

De ratione politica Joannis Sigismundi.

Joanni Sigismundo, quum et legati Francogallici[1] Britannicique et Mauritius suasissent, Unioni se addicere non displicuit.

Nam Catholicorum conatus et impetus ab Evangelicis nulla alia re prohiberi posse quam Unione, non ignorabat.

Itaque nihil antiquius habebat, quam ut alios quoque principes ad Unionem adduceret.

Legatos igitur, qui de hac causa agerent, tam in Mecklenburgiam quam in Holsatiam et ad Christianum, Daniae regem, misit.

---

[1]) Bongarsius Duesseldorpio et ad Joannem Sigismundum missus est et ad Mauritium, quos denuo ad Unionem invitaret. Ex epistola Hottmanni ad Rudolfum Winwoodum Memorials III. p. 92 d. 8. m. Dec. D. 19. Dec. Beyerus legatus Brandenburgicus Cassellae Bongarsium, qui Francogalliam repetere vult, offendit. Ex relatione Beyeri. cf. ann. 19.

Regi enim tantum confidebat, ut prius eum audiendum esse censebat, quam ipse cum aliis de hac re ageret,[2]) simulque eum consulebat, utrum precibus ordinum cedens ipse in Juliam se conferret an non?

Neque elector tamen, quum Christianus respondisset, hesitare se quid faceret, nisi Jacobus rex prius quae de Unione censeret, edixisset, causam omisit.

Id modo ei curae erat, utrum cum iis conjungeret consilia, qui ultimum rerum discrimen, quantum poterant, jam non evitarent, an novis tractationibus cum iis, (quales Saxones) qui Brandenburgis inimicitiam comminabantur, rem Juliacam componeret.

Nam electorem non fugit, Mauritium landionem, ex quo Dresda[3]) reversus esset, sententiam suam quodammodo commutasse. Etenim etsi Mauritius partes Brandenburgicos non deseruit,[4]) tamen credidit, amicitiam Saxonum, quibuscum Uniones de mutua successione erant, non omnino dimittendam esse. D. 19. m. Dec. 1609 Beyerus, quem elector et Casselam et Heidelbergam delegaverat, electori nuntiat, landionem summa cura prospicere, ne Saxones offendat. Accessit quod ordines Hassiae Mauritio curam in re Juliaca adhibitam, ex qua patria et belli necessitatem et alia detrimenta caperet, exprobraverant. Praeterea landio aegre tulit, quod summa belli ab Unione Christiano Anhaltensi promissa fuit.[5])

Denique dubitabat, an Unio re vera rem Juliacam sus-

---

[2]) Ex mandatis Sigismundi de Goetze Rosenthalensis, qui ad Christianum delegatus est d. 14. m. Oct.

[3]) cf. pag. 91.

[4]) D. 3. m. Dec.: Beyerus nuntiat landionem promisisse: Er wolle gern thun, was einem getreuen Freund eignet und gebüret. Qui quidem omnia percaute agebat. Elector etiam m. Jun. 1610 Joanni Georgio Anhaltensi scripsit de auxilio Mauritii quae sibi speranda essent, se nescire: wie weit auf dessen Hülfe zu sehen sei. Arch. Dess. cf. pg. 126. 123.

[5]) Ex relatione Beyeri d. 8. Dec. 1609.

tentatura esset. Electori igitur, qui per Beyerum eum consulebat, utrum ipse ad conventum Unionis iret, an in Marchia remaneret, respondit, ne ipse ad conventum se conferret; nam hostium irrisionem excitatum iri, si forte eveniret, ut Joannes Sigismundus, quamvis ipse adesset, Unionem ad rem suam deducere non posset. Mitteret igitur Adamum de Puttlitz, Marchiae procuratorem.[6]) Jamque ex verbis, quae dixit, si tot principes in conventu Unionis convenirent, suspicio hostium et ira excitarentur, colligi potest, Mauritium ultimum discrimen, quod fuit armorum, tunc potissimum evitasse.[7])

Quae evitenda esse, etsi elector etiam non negabat, tamen a Mauritio, quominus longius progrederetur, non prohibitus est. Non ignorabat, ut diximus[8]), et Henricum regem et Jacobum Statusque Hollandici ea modo conditione auxilium promisisse, ut elector ad Unionem accederet.[9])

Beyerus Joannem Sigismundum certiorem fecit, Guenderodum praefectum, qui cum Saxonibus de re Juliaca ageret, ab imperatore Dresdam missum esse. Sciebant Brandenburgi, proscriptionem imminere, jamque qui poenas de Possidentibus exigeret, Bavariae ducem, nominatum esse. Jamque quum intelligeret, in mora esse periculum, ne Rudolfus

---

6) Quem paulo post in Juliam missum esse, ex epistola Hieronymi de Dieskau principibus Anhaltensibus data intelligitur. (m. Apr. 1610 Arch. Anh. Dess.)

7) Dicit: gleich wie ein gross aufsehen auch die persönliche Besprechung so vieler C- und Fürsten bei den adversariis machen würd, also noch ein grosser Frohlocken bei ihnen sein würde, wenn der scopus die Gulel. Sache zu manuteniren nicht solte erreicht werden. Ex relatione Beyeri.

8) cf. pg. 97.

9) Ex mandatis Beyeri: weil des Königs von Frankreich und England und der Hern Staaten assistenz darauf fundirt, und wie man nachrichten hat, die H. Staaten Ihre M. in Frankreich so lange in suspenso anhalten, sich nicht eher zu resolviren, bis die grosse Union zwischen ihnen ...... beständiglich zu Werke gerichtet.

totam causam ad suum tribunal traheret, cum electore Palatino se conjunxit. Beyerus legatus Heidelbergae tam ab electore quam ab uxore ejus gratis animis acceptus est.

Legatus uniones, quas Brandenburgi cum Palatinis et utrique principes cum Hollandis fecerint[10]), in memoriam electoris reducit. Confirmat Palatinus, ut Joannes Sigismundus ipse ad conventum Unionis proficiscatur.

Electorem ea quoque ratione, ut ad Unionem se applicaret, adductum esse, ut Saxonum conatus dilueret, ex mandatis Beyeri cognoscitur.[11])

De conventu Unionis Hallae Suevicae habito.

Tali in discrimine dum versantur res, Unio Evangelica Hallam Suevicam convenit. Quam tunc non praeteribat commune Europae periculum. Praecipue autem de re Juliaca principes locuti sunt. Quam quidem non omnino in Brandenburgorum commodum eos decrevisse, quis admiretur?

Nam quum nihil antiquius haberent, quam ut Saxones ad sua consilia converterent, fieri non potuit, quae illi de successione quaererent, quin agnoscerent, ea quidem conditione, ut, quoad causa non dijudicata esset, ducatum communi sententia cum Palatino et marchione Brandenburgico obtinerent.

Tamen quae imperator contra Possidentes moliretur, quin vi repugnandae essent, quum jam non dubitarent,[12]) domi-

---

10) cf. supra pg. 30 seq.

11) Scriptum est: Weil sonsten kein Mittel den päpstlichen Haufen, die pragischen Räthe und Sachsen zu steuern und also die Lande zu erhalten, wenn nicht die Union dass ansehen gewinnen wird. Saxones autem Brandenburgis bellum comminatos esse, si elector in Juliam abiret, tradit Droysen II. 2 p. 581. cf. pg. 120; ann. 86.

12) Legatus Venetus scribit d. 11. m. Febr. 1610 principes, quum Henricus rex auxilium promisisset, pacem quam diu Julia expugnata non esset, repudiare. Cujus verba sunt: Per le promesse di aiuti fette dal

num a Boissise ab Henrico delegatum, omnes praeter Urbes regni Germanici non inviti audiebant. Quo cum iis d. 11. m. Febr. convenit, ut quamdiu Francogallorum copiae non adessent, Possidentes quinque milia peditum ac mille equites et trecentos,[13]) postea autem quattuor milia peditum ac equites mille et ducentos cum quindecim tormentis, Unio autem non minorem cujusvis generis numerum compararent.[14]) Dimidiam vero militum partem usque ad medium mensem Martium, alteram dimidiam usque ad medium Aprilem exornarent.

Rex autem, quum octo milia peditum duoque milia equitum promisisset, principes Evangelicos obligavit, ut ubi Hispani Francogalliam aggrederentur, si Germania pacata esset, principes cum quattuor milibus peditum milleque equitibus sibi auxiliarentur. Deinde pactum est, ut fidei catholicae in ducatu Juliae Cliviaeque liberum esset exercitium, neve altera pars pacem faceret inscia altera. Sigismundus et Mauritius landio Unioni tunc se adjunxerunt. Quorum ille, quum omnes jam desperassent, eum Hallam venturum esse ipsum, quia periculum esset, ne electore absente Christianus II. Marchiae damni quid inferret, tandem d. 18. m. Jun. advenit.[15]) Mauritius autem, qui iis maxime temporibus ipse cum Christiano Saxoniae electore de re Juliaca agebat,[16]) legatos miserat.

---

re al C• di Anault portate alla dieta in Albe questi Principi si mostrana hora lontanissimi da ogni accordo seuza l'acquista di Giuliers.

[13]) Ao. 1609 exeunte Possidentes IV milia quadringentos pedites habebant.

[14]) Dumont corpus Diplomaticum V 2 p. 135 sq. Senkenberg XXIII. p. 251.

[15]) Memorials III. p. 108 et 116. Multorum in Marchia metum fuisse, ne Saxones terras Brandenburgicos subito impetu opprimerent, saepissime legitur. cf. ann. 11 et 86.

[16]) cf. pag. 98.

De ratione politica Saxonum.
De tractatione Hofiana.

Id enim potissimum agebatur, ut Christianus elector prohiberetur, quominus et Pragam ad imperatorem iter faceret, et causam Juliacam imperatori ejusque judicibus dijudicandam committeret.

Eadem principes Unionis ab electore deprecabantur[17]) per epistolam Hallae datam. Subscripserunt elector Palatinus, marchiones Culmbachensis et Anspachensis, duces Wuertembergensis, Badensis, princeps Anhaltensis.[18])

Sensunt, Christianum ad iter commotum esse per asseclas quosdam papae, qui nihil antiquius habebant, quam ut principes Evangelicos mutuis inimicitiis distraherent.

D. 16. m. Febr. Bongarsius Henrici legatus Hallae ad electorem litteras dedit, quibus proponit „controversias committere potius, quam viam illam persequi, quam ingressos se suis litteris elector et Duces Saxoniae fateantur, longam, incertam, periculosam, quae perdere ipsorum familiam aliosque ipsius cognatos et subvertere imperium possit.“ [19])

Similiter Christianus Baireuthensis[20]) Joannem Sigismundum sollicitabat, ut cum Saxonibus ageret.

---

17) Rogant electorem (epistola Hallae d. 10. m. Jan. 1610 data): ob sie Ihr wollen gefellig sein lassen solche dero fürgenommene Reysse besonders aber besagte Commission und Hof Process zu suspendiren. Arch. Anh. Dess.

18) Marchio Badensis ipse cum Vicecancellario Wuertembergensi in Saxoniam delegatus est. Quem d. 28. m. Mart. e Coburgia discessisse, ex relatione quadam Coburgiana d. 6. m. Apr. facta intelligitur. Arch. Anh. Dess.

19) Litteras Bongarsii inveni in Archivio Anh. Dess. In fine earum leguntur: Ego Galliam repeto, — Portum et quietem cogito negociis defessus et iis jam angor.

20) Eum conventum Hofianum maxime curasse, ex epistola electoris Saxonici ad Unionem intelligitur. Arch. Anh. Dess. Ex qua epistola colligi potest, quando fere conventus Hofianus factus sit. Data est Dresdae

Hofiam igitur m. Febr. conventum est. Adfuerunt duces Saxonici Joannes et Georgius. Brandenburgi postulabant primo, ut Saxones tractationem Dortmundianam sancirent. Secundo loco ut in possessionem ducatus, qualis tunc potissimum fuit, intrarent. Tertio ut judicibus quibusdam, qui neutrius partis essent, se submitterent. Quarto ut causam ad aulam Caesaris inceptam aut „in suspenso“ relinquerent, aut omnino retraherent. Quas conditiones Saxones se accipere non posse, edixerunt. Pactionem Dortmundianam irritam esse, quum Saxones exclusi essent, — jus possessionis, quam principes tenerent, invalidum esse, quum terrae vacuae fuissent neque „feuda foeminea sed feuda masculina.“ Judicium nihil valere, nam imperatorem postpositum esse. Naumburgi denique Saxones statuisse, nullum se judicem accepturos esse nisi imperatorem.[21])

Rerum igitur eventus nullus fuit. Saxones apud Caesarem perseverabant. D. 19. m. Febr. omnem tractationem cum Brandenburgis per litteras repudiant. Terrarum possessionem „violentam esse et vitiosam,“[22]) ad aliud judicium quam Caesaris nunquam se aspiraturos esse: sane non statuum imperii Germanici esse rem, imperatoribus judices adjungere.[23])

---

22. Febr. Hoc autem die, qui Dresdae ad aulam fuerunt jam non ignorabant, rem Hofiae ad irritam cecidisse.

21) Ex epistola quadam, qua Saxones Daniae regem de conventu Hofiano certiorem fecerunt. Data est d. 21. m. Febr. Dresdae. — Arch. Anh. Dess.

22) E. L. kommen nicht in vacuam possessionem, sondern die vermeintliche possessio ist in mehreren Mandatis von ihrer Maj. pro vitiosa et violenta anerkannt, auch in totum cassiret und annihiliret worden. Sollte nun das Haus Sachssen sich in die von Ihrer May. vor nichtigen erkannte possession mit einlassen, so were es in pari condemnatione.

23) Dicunt in epistola d. 19. Febr. 1610 Brandenburgis data; Ihr M. aber als dem eintzigen Iudici Ordinario Jemand von Chur- und Fürsten zuzuordnen, wolte uns bedenklich vorfallen, denn wir aus der Kammer-Gerichts-Ordnung und andere Reichsverfassungen nicht befinden, dass

Quia potestas imperatoris „in libero arbitrio consistat suae Majestatis, cui nihil sit praescribendum.“ Pareant Brandenburgi mandatis imperatoris atque „aulae Caesareae se submittant“ armaque deponant, denique quae contra commissarios Rudolfi attentaverint, deprecentur. Quae si non fiant, Saxonibus cum Brandenburgis nihil agendum esse.[24])

Similiter Saxones d. 22. m. Febr. Unioni litteras reddunt: argumenta, quae illa pro pace inter Saxones et Brandenburgos reconcilianda attulerat, repellunt. Principes inter cetera scripserant, caverent Saxones, ne crederent, imperatorem sequestrum vel Saxonum in commodum vel alius cujusque Praetendentis misisse. Haec quidem Saxones ipsi refutare non poterant: non negabant, Leopoldum commissarium se aegros ferre.[25])

Tamen principum esse imperatori parere: nam qnamdiu imperator esset, tamdiu principes et electores in imperio Germanico fore.[26])

Nihilque opera Christiani Daniae regis profecit, qui se inter Brandenburgos et Saxones se interpositurum esse, promiserat. Saxones intercessionem ejus rejiciunt.[27])

---

einem Gehorsamen standt Des Reichs Ihr Myt. solches anzumuthen gebuhren wollte, cum hoc consistat in libero arbitrio suae Mtis cui nihil est praescribendum. Arch. Anh. Dess.

[24]) Epistola finitur his verbis: sollte aber solches von E. L. nicht geschehen, so erclaren wir uns hiermit schliesslichen und entlichen dahin, dass wir hinfüro nicht gemeinet seien, absque consensu et praescientia Imperatoris unser zu Naumburgk aufgerichteten Union zuwieder in einige Handlung oder Zusammenkunfft zu willigen. Arch. Anh. Dess.

[25]) Ex epistola Unioni d. 22. m. Febr. 1610 data: ... So können wir E. L. und Euch nicht bergen, das wir von Ih. L. Abordnung nichts gewusst. Sind unss auch also balden darbey viel sorgfeltige Gedanken eingefallen, undt wolten wirs Unsers Theills viel lieber vorblieben gesehen haben. Arch. Anh.

[26]) Dicunt: so lange wir einen Keysser haben, werden wir auch Khur- und Fürsten bleiben. Arch. Anh.

[27]) Epistolam regi dederunt d. 21. m. Febr. Arch. Dess.: In qua praeter cetera leguntur: principes (hätten) in der zu Naumburgk (cf. p.

Instigabat eos, quod Jacobus rex, qui pacem maluit quam bellum,[28]) jura Saxonica aliquo modo sustentavit. Comiti enim de Mansfeldt, quem elector et duces in Angliam delegaverant, rex respondit, se judicare, rationes quas elector et duces ad jus suum repetendum indicassent, non contemnendas esse.[29]) Imperator autem edixit, principes Germanicos, quos in vernum anni 1610 tempus convocasset, se consulturum esse, quid de juribus Saxonum decernendum sit,[30])

Socii Possidentum bellum parant.

Itaque quae Unio sibi proposuerat, ut Brandenburgi et Saxones reconciliarentur, ad irritum redacta sunt. Ceterae autem res, ad bellum parandum quae attinebant, quum usque in m. Febr. deliberatae essent, principes Christopherum de Dohna, qui cum Christiano Anhaltensi nuper ex Francogallia redierat,[31]) Parisios ad Henricum dimittunt.[32]) Cui mandatum erat, ut et regi gratias ageret pro benevolentia, qua libertatem Germanicam servandam tuendosque Possidentes curasset,[33]) et rogaret, ut quas in Hollandia Chatillone duce retineret duas legiones, in Juliam mitteret, alios autem tunc maxime colligendos Christiani imperio committeret. Atque Christopherus medio mensi Februario a rege humanissime

---

108) aufgerichteten, verbrieften vnd versiegelten Union ausgesprochen, dass man keinen Richter suchen sollte vnd wollte als den Kaiser.

[28]) De qua re Winwoodus loc. nom. cf. pag. 94.

[29]) Ex litteris Bongarsii (cui Mansfeldius verba Jacobi commemoraverat) ad electorem Saxoniae datis. Arch. Anh. Dess.

[30]) Ex Kaysserlich relation wegen des erregten Gülichschen Succession-Streits an Sachsen.“ Pragae d. 13/23. m. Febr. 1610. Arch. Dess. cf. pg. 107 ann. 36.

[31]) Christianus d. 30. Dec. ex Parisiis redux Haagae fuerat. Winwood Memorials III. p. 101.

[32]) Winwood Memorials III. p. 121. (d. 20. m. Febr.)

[33]) cf. Dohna p. 67. apud Raumerum.

receptus, quum nonnulla de statu rerum Juliacarum et de oppugnatione Bredenbendae a Friderico Solmsiano facta retulisset, intellexit, Henricum Possidentum salutem, praecipue electoris Brandenburgici, magis fovere quam Unionis, quam ille dixit adeo conditionibus affluere, ut ab insanis facta esse videretur.[34])

Tamen Henricus foedera quum manu regia sanxisset, Christianum ab Anhalt, qui paulo post, ut regem in Unionis gratiam reduceret, Parisios profectus erat, summis honoribus recepit. Cui gratius dedit responsum quam quod princeps ipse crediderat.[35])

Jacobus autem nuper et a Possidentibus et a Saxonis per legatos, sollicitatus, quum comperisset, Henricum foedus cum Unione fecisse, Rudolfo Winwoodo non cunctatus imperavit, ut quattuor milia militum in Hollandia colligerentur. Neque Status confoederati id abnuebant.

De belli primordiis.

Jamque imperator hostilia incipere atque arma movere mente agitabat. Praeconem in Juliam misit, qui mandata proscriptionis, quae d. 11. m. Nov. data usque adhoc in lucem

---

[34]) cf. Dohna pg. 70. 71: il y a trop de si, il n'y a que les fols qui si fient. Eadem dicunt ministri regis quales Villeroi, Puiseux, alii. Dicit Puisieux: conditiones Hallae initae tales sunt, quales ne ab exteris cognoscantur, cupimus; de Boderie p. 81. 88. Villeroi: ils ne sont pas trop advantageux pour nous; toutefois nous avons déliberé de nous en contenter.

Puisieux: qui (la confederation de Hall) n'est tant en effét comme nous devons mettre peine qu'il soit su au dehors, et surtout de ceux qui portent envie à l'union et contre l'ambition des quels elle a été principalement dressée et resolue.

[35]) Ex epistola Hieronymi Dieskaui Joanni Georgio Anhaltensi data d. 21. Apr.: Von Düsseldorf ist d. dato 17. April gemeldet worden, dass Fürst Christian von Anhalt dahin avisirt, dass er eine bessere Resolution vom Könige erlangt habe als er erwartete. Arch. Anh. Dess.

edita non erant, inter Possidentes praefectos ordines subditos universos divulgaret. Quae ubi facta essent, poenas de principibus petitum iri edixit.[36])

Eodem fere tempore comitem Zolleranum et comitem Altheimensem, qui Herbipoli cum principibus ligae addictis consilia jungerent, Rudolfus delegavit.[37])

Praeco re vera d. 16. m. Jan. mandata et citationes imperatoris Coloniae muris affixa curaverat.

Possidentes igitur d. Saturni d. 23. m. Jan. tertiam quandam appellationem constituerunt. Pro Wolfgango Guilelmo Joannes Bartholdus de Wonssheim, Joannes Zeschlin,[38]) Dithericus Syburg, Joannes Rinkh,[39]) Marcellus Dieterich doctores adfuerunt.[40])

---

36) Ex litteris Rudolfi ad Saxones datis d. 12/23. m. Febr.: sonsten wird erwarttet was der Kayss. Heroldt aus den Gulichschen Landen wegen der Mandaten und Processen so den beiden ahnwesenden Fürsten, So dann auch den Befelchshabern und den Landstenden, in gemein insinuiret werden, referiren und berichten mögen. — Darauff dann förderlichst mit den Executions-Processen verfahren werden soll. Arch. Dess. cf. pg. 105. ann. 30.

37) Ex iisdem litteris.

38) cf. pag. 30.

39) Qui inde ab initio cum Wolfgango in Julia fuit.

40) Vide Appellationem Tertiam der Durchlauchtigen etc. Herren Wolffgang Wilhelm und Ernst Marggraffen von dero underm Namen der Röm. Kays. Majestät wieder etliche in den Gül. Fürstenthumben und Landen Particular-Personen aussgangenen Peremptorischen Citation ad videndum se declarari etc. Edictum proscriptionis additum est: alia Rudolfi mandata sc. d. diebus 6. 9. 11. Nov. se deprecari necesse non esse, quia haec secunda jam appellatione d. 28. m. Dec. facta repulsa esse, principes proferunt. Unde manifestum est, edictum proscriptionis certe tunc primo promulgatum esse. Quibuscum consentiunt, quod scriptum defensionis hoc editum adhibet. Quod sane non factum esset, si illud jam per menses notum fuisset. — Scriptum defensionis Unio tunc typis edidit. Gottlobo Heinricho, qui in historia sua regni Germanici significare videtur, hoc scriptum editum esse, quum bellum in Alsatia inceperit, assentire non possum. Conscriptum est, quum Unio Possidentibus arma praestitit.

Ac ne ordines mandatis Rudolfi imperatoris irritarentur, neve timerent ne, dum belli periculum jam immineret, nemo jam esset, qui ordines tueretur, principes polliciti sunt, fore ut summa opera eniteruntur, ne quis ex iis, qui Possidentibus jusjurando se obligassent, aliquid detrimenti caperet. Quae quum aliis edictis, ut epistola quadam ab Ernesto et Wolfgango Guilelmo d. 27. m. Jan. data promittebantur,[41]) tum libello quodam a Joanne Sigismundo et Anna uxore ejus scripto, quod typis ederunt.[42])

Eo autem potissimum principes animos subditorum erigunt, quod nonnullas de Leopoldo victorias deportant. Milites enim Possidentum Sleidanum castellum ab Ernesto a Mansfeldt, Leopoldi archiducis centurione, nuper captum Friderico Solmsiano duce aggressi sunt. Magna ibi caede militum, qui deditionem urbis recusarent, facta captoque Ernesto comite cum 30 nobilibus exercitus Possidentum superior evasit. Neque multo post[43]) idem Fridericus Calcofia expugnata gloriam suam auxit. Tum Fridericus Solmsianus Braedenbendam, quae Brandenburgis recuperanda esset, oppugnabat, quamvis Ernestus marchio conatum ejus non probasset. Neque res feliciter gesta est. Nam Leopoldus militibus qui in Bredenbenda arce fuerunt, tela pulvemque pyreum adduxerat. Itaque Fridericus, etsi impetum hostium, qui ex urbe excesserunt, propulsasset, tamen obsidione destitit.[44])

Sed quae principes in Bredenbendia recuperanda frustra consumpsissent, perfidia compensavit mercenariorum Hi-

---

41) Quam inveni in codice Mscrpt. Berol. Dicunt: dass der Execution halb ihr Euch wenig zu befahren haben sollet.

42) Est scriptum defensionis.

43) D. 8. m. Febr. cfr. relatio Augustis p. 11.

44) Rel. Augustis 1611 p. 11. De caede Bredenbendiana Hieronymus de Discau ad Joannem Georgium Anhaltensem scripsit: Obrist Kettler (qui pugnae interfuit) giebt dem Fridrich von Solms die Schuld, er habe die Sache unzeitig übernommen. Sexaginta milites interfecti sunt. Arch. Anh. Dess.

spaniensium. Qui Oberaussenium castellum absente praefecto mille ducentis Thaleris acceptis hosti tradiderunt.

Quibus bene gestis principes, quum confidentiam ordinum sibi parassent, (nam qui fortuna prospera utitur opiniones devincit) in conventibus firmitudine quadam animi ordines allocuti sunt. Quos qum Cliviae d. 26. m. Febr. per legatos Mathiam Wachtendonk praefectum, Theodoricum Siberg, Adolfum Steinichen, Joannem Rinkh[45]) frustra ut videtur, sollicitassent, ut ad defendendam patriam[46]) pro facultate conferrent, principes procuratoribus suis mandant, ut ab ordinibus terrarum excepta Marchia nummorum, qui nominantur „Thaleri Philippi", 3500 ad conducendos in Hollandia milites[47]) exposcant. Quae rogata si ordines recusarent tempusque tergiversationibus consumerent, pronunciarent legati, militem[48]) querelis neglectis in ducatu castra positurum esse, neve celarent damna, quae subditi illis ex rebus perciperent, qualia forent. Neque multo post ordines, quum denuo convenissent quae principes postulaverant, concesserunt.[49]) Ita ut dici possit, illo maxime tempore

45) Litterae iis datae sunt d. 25. m. Febr. Mscrpt. Berol.

46) Legitur in mandatis legatorum (d. 28. m. Febr. 1610). Dicant legati: die Nachricht ist eingelauffen als wolle Ertzherzog Leopold unter der Stadt Wesell, wie vor etlichen Jahren der Herzog von Parma eine Schantz aufrichten. Quaerant legati: wie solcher Angelegenheit vorgebaut und der Anschlag verhindert werden möge.

47) Quibus ducem praefecturi erant Meinhardum a Schonberg littr. Ernesti et Wolfgangi d. 2. Mart. 1610. Mscrpt. Berol. fol. 858. Schonbergus inde a d. 1. m. Oct. 1609. Duesseldorpio praefectus erat. cf. Mebes Beitr. z. Gesch. d. Brand. Pr. Staates und Heeres. 1861. I. p. 556 seq.

48) Dictum est de milite Unionis. Nam Union promiserat duo milia militum se missuram esse. Ex epistola d. 2. m. Mart. ad ordines data, Mscrpt. Berol. Proferant legati: dass das Kriegsvolk doch auf die eine oder andre Weise durch das Land geführt und darin logirt werden müsse.

49) Ex Memorial und Befehlich für die etc. Räthe d. 18. m. Majt: dass die Stände zur Geldhülfe geneigt sind, nur de modo contribuendi ist einige Differentz entstanden. Mscrpt. Berol.

nullos ordines electori obedientiores fuisse, quam qui nuper modo ei se obligaverant, Juliaci Cliviacique.[50])

Possidentes autem ipsi etiam tunc inter se dissentiebant. Ernestus aegre tulit, quod Palatinus Neoburgicus, quum Duesseldorpium nuper venisset, nomen ducis Juliaci assumpsit. Jamque mos iis erat, ut qui cum communi principibus mandato aderant, disjunctis consiliis audirentur.[51])

Qui discordiae illae quorsum evaderent perpendebant, divisionem terrarum proponebant ea conditione, ut Brandenburgis eae addicerentur regiones, quae cis Rhenum sitae essent, Neoburgis autem terrae ducatus Transrhenanae,[52]) utque Saxones florenorum ducenta milia acciperent.

Berolini de bello suscipiendo agitur.

Joannes Sigismundus ipse rebus Juliacis studiosissime incubuit. Per mensem Apr. ipse cum consilio suo secreto multa d. re Juliaca egit.[53]) Kettlerus et Wedigo de Putlitz, qui in Julia erant, arcessiti sunt: Hieronymus de Diescau, cui Diescau parebat, et Reinhardus Beyerus adhibiti sunt. Quibus mandatum est, ut de terris defendendis agerent.[54])

---

[50]) M. Apr. Hieronymus Dieskau scribit de statu rem Juliacarum, es stehen d. Sachen da unten nicht übel. Arch. Anh.

[51]) Memorials III. 242 (he Ernestus) addet that the like happened sundry times both in letters and negotiations with them intended jointly. Hieronymus de Dieskau Joanni Georgio Anhaltensi scribit m. Apr. über d. Pfalzgrafen List u. importunität klagt man; d. 21. Apr.: der Pfalzgraff soll wider mit einer gefährlichen Communication mit dem Leopoldo schwanger gehn.

[52]) Cujusmodi divisio jam ab initio visa erat quibusdam, sicut Jeannino. Jeannin V. p. 412.

[53]) Ex relatione Discaui: wie denn der Kurfürst selber den ganzen Tag im Rath gewesen. Arch. Anh.

[54]) Ex relatione Diescani (m. Apr. Epistola d. 17. Desnaviae reddita est): Undt haben wir gesambt Befeelich anitzo das Defension Werk zu deliberiren Und soviel möglich zu Werk zu stellen. Erachte man werde zu dieser Commission das Landvolk ein wenig in die Wehre bringen.

Electori placuit, ut proprii consiliarii crearentur, quibus res Juliacae curandae traderentur, sicut res, quae ad Unionem spectabant, Bruckmanno et Reinhardo Beyero demandatae erant. Kettlerus et Putlitzius paulo post cum centum et quattuordecim milibus thalerorum, quos undique comparaverant, in Juliam remissi sunt. Beyero autem mandatum est, ut Dantisci et Regiomontis syngraphas faceret sexcentorum milium florenorum cum procuratoribus mercenriorum Hollandicorum, quibuscum Kettlerus ante pepigerat.[55])

Joannes Sigismundus ipse cum Anna uxore et cum Georgio Guilelmo filio natu maximo Rostockum profectus est, quod in oppidum rex Daniae eum invitaverat.[56])

Hic quum Christianum de rebus Juliacis consuluisset, rex suasit, ut Joannes Sigismundus in Juliam proficisceretur. Nam si ipse adesset, motus Wolfgangi et malae artes majore quadam auctoritate repulsum et peremptum iri. Quod regis propositum, quamvis electori pergratum fuerit, tamen consiliariis, qui Berolini fuerunt, displicuit. Qui ubicunque de conatu electoris certiores facti sunt, sperabant, se regem a consilio suo remoturum esse. Eorum enim eo inclinabant sententiae, ut elector in ducatum non prius se conferret, quam Leopoldus ex ducatu discessisset.[57])

Electorem ipsum talia in animo habuisse tradit Stuhrius Geschichte d. Brandenb. Heeres unter dem Grossen Kurf.

55) Ex epistola Discaui m. Apr. data. Arch. Anh.

56) Hoc iter Contarenum legatum Venetum non fugit. Scribit d. 30. m. M. Il Re de Danemarca si è abboccato qsti giorni passati con il Marchese di Brdbg à Rostock, cettà Baltica, a confine di quel Regno, sopra li affari di Cleves et si tiene che S. M. sia per interressarvisi per la dispendenza di parentado che ha con quei PP. tanto piu che per la morte del Re Xmo vien a cessare lo sforzo degli aiuti, che aspettevano molto maggiori da quel Regno.

57) Ex epistola Dieskaui ad Joannem Georgium Anhaltensem data d. 29. m. Apr.: hoffen wenn der König die Inconyenienzien beachtet, würd er sein Consilium ändern. Herr Kettler ist auch wohl der Meinung gewesen, wenn Leopold sich reterirt habe (wie man glaubt

Credebant enim, Leopoldum propediem exercitum abducturum esse.

Itaque Joannes Sigismundus legatos, quibus rex voluntati ejus morigerans mandaverat, ut inter comites electoris essent, Jacobum Rosenkranz et Kioelden Krabbe remisit, cum litteris Christiano datis.[58])

Brandenburgi igitur et pecuniam parant et in Julia milites. Unio ad bellum incipiendum prompta, promptae etiam Hollandia, Anglia, Francogallia. Henricus rex ne a Parlamento quidem Francogallico a re Juliaca abduci potest.[59])

Neque imperator jam ne res in extremum discrimen adducatur, cavet. Edixerat d. 23. m. Febr. ut supra memoravimus,[60]) poenas a Possidentibus se petiturum esse, si mandatis non obsecuturi essent; d. 27. Febr. in epistola quadam qua ad litteras Joannis Sigismundi d. 26. m. Nov. 1609 datas rescripsit minasque ejus repulit affirmavit, se solum rem Juliacam dijudicaturum esse, et ad ulteriora „processurum“ esse, quoad omnes imperatori se submitterent. Scimus Possidentes mandatis non paruisse, sed appelasse. Rerum compositio jam a nemine putabatur.

Instigabant Saxones, alii bellum parabant. Jamque non Julia modo, sed tota fere Germania et Europae non parva pars movetur.

De conventu Pragensi.
De pugna Mechelensi. De morte Henrici IV.

Rudolfus in mensem Apr. Pragam conventum principum convocaverat. Non modo res Juliaca, sed etiam aliae res

---

dass er thun wird) Und dass man der Vestung wieder mechtig, dann were es nöthig, dass der Churf. in Person käme, ehe dies nicht geschehen, wolle von unserer Leut Niemand darzu rathen.

58) Quae d. 30. m. Sept. scriptae sunt.

59) Parlamentum ab eo petiisse, ne Possidentibus auxilium ferret, Jesuitis praecipue instigantibus, Dieskauus nuntiat d. 21. m. Apr. Arch. Anhalt.

60) cf. supra pg. 107.

neque tam leves in Germania exstabant. Rudolfo cum Mathia fratre jam dudum certamina fuerunt.

Imperator maximo cum studio milites paravit in archiepiscopatu Passaviensi, quos duce Altheimbo in numerum duodecim milium hominum complevit, simulans se Juliae bellum illaturum esse. Quae quamvis a plerisque eo facilius crederentur, quod re a Leopoldo male gesta copiae nuper ex Italia et ex Hispania in Belgiam missae a Christiano Anhaltensi inter Stockem et Trajectum ad Moesam d. 1. m. Maj. victae erant[61]), tamen Matthias timebat, ne exercitus contra se ipsum comparati essent.

Unde factum est, ut quum imperator principes Germanicos Pragam m. Apr. a. 1610 convocasset, Mathias nollet venire prius, quam miles Passaviensis ab armis discessisset. Eoque magis imperator fratri in suspicionem venit, quod ille sub conventu principum ipso et subditos Mathiae excitavit et, ut omnes, qui legem Augustanam amplectebantur, alliceret, tum veniam se daturum esse, tum epistolam Majestatis promisit. Dum igitur Henricus Julius dux Brunsvicensis maxima cum fide fratrum interpres est[62]), Saxones precibus tam principum ecclesiasticorum quam landionis Hassiae Darmstadtensis et ducis Brunsvicensis adjuti Pragae investituram petierunt. Quam quum imperator primo simulans, Juliam jam a Neoburgo et Brandenburgo occupatam nunquam nisi usurpatoribus expulsis alio cuidam principi reddi posse[63]), recusasset, tamen principum consilium tantum effecisse videtur, ut Leopoldus ex Julia revocaretur.

---

61) Memorials III. p. 149. Inter eos qui victi sunt manus Rauschenbergiana ex Julia urbe fuit. Ex litteris Christiani de re Mechelensi. Arch. Anh. Haec pugna Christiano Anhaltensi eximiae virtutis imperatoriae crebram per totam Europam parabat laudem. Acies optime ordinatae erant. Tomasius Contarenus ad senatum de hac pugna refert.

62) Hammer-Purgstall de vita Khlesli episcopi II. p. 198 sq.

63) cf. Senkenberg XXIII. p. 208. d. 16. m. Majo.

Quem nuntium ille accepit, quum novas conditiones Possidentibus, obtulerat[64]).

Hoc enim tempore factum quoddam acciderat, quod non solum in progressu rerum Juliacarum, sed etiam totius Europae maximi fuit momenti. Henricus IV. enim d. 14. m. Maji a Ravaillaco Lutetiis Parisiorum erat interfectus, quum ante paucas hebdomades Possidentibus propediem auxilium se allaturum esse et Christophero a Dohna et Christiano principi Anhaltensi[65]) (mensi Martio) promiserat, nec non Boissisum legatum d. 3. m. Maji Duesseldorpium delegaverat.

Attamen res Juliaca quamvis fidelissimus adjutor ablatus esset, non omnino perversa est.

De fuga Leopoldi et de milite Passaviensi. De apparatibus Saxonum. De executionibus paratis.

Leopoldus enim etsi cognita Henrici morte Possidentibus nuntios misisset, nunc rege Francogallorum interfecto opus

---

64) De quibus videas infra p. 115 seq.

65) Quod Joannes Voigt (de vita Dohnae pg. 71) dicit, Christianum tempore ipso, quo Henricus interfectus sit, Lutetiis Parisiorum fuisse, falsum videtur. Nam Winwoodus legatus d. 1. m. M.: the Prince of Anhalt is exspected here aut of France within three or four days. Scimus insuper Christianum d. $\frac{21.\ m.\ Apr.}{1.\ m.\ Maj.}$ ad Trajectum vicisse. D. autem 7. m. M. Christianus e Herzbergia de pugna Mechelensi ad consanguineos Anhaltenses refert. Arch. Dess.

Regi propositum fuerat ad exercitum, quem in Juliam mittebat, proficisci. Contarenus Gravenhaagae d. 15. m. Maji certior factus est, regem ad fines Belgicas exspectari. Mauritius Auraicus ei obviam ire voluit „et pochii giorni di-poi partiri il P. Mauritio per ritrovare il re X^mo^ quando sia giunto in sito di poter unir seco le forze: facendosi per S. M. X^ma^ qui una finissima armatura; confirmando ogn' uno che S. M. sia resoluta di venir in p^ona^ con le sue genti.“ Hollandi jam pugnandi cupiditate ardebant. Omnes exclamabant, si bellum in Julia finitum esse, bellum contra Hispanos in Italiam transmissum iri. *Hollandi regem Galliae se adjuturos esse* promiserant. Apparet, — credo — qualia consilia, quales cogitationes morte talis regis interrupta sint.

esse, ut secum paciscerentur[66]), tamen deficientibus et copiis et alimentis, trecentis sclopetariis militibus ac quinquaginta equitibus cum centum plaustris frumento repletis nuper d. 12. m. Maji ab exercitu Brandenburgico-Neoburgico captis[67]), quum quae imperator Pragae decrevisset ei nuntiata essent, a praefectis petiit, ut incolumi sibi abire liceat. Qua de re quum Possidentes diu deliberassent, Ernestus et Boissisus aliique regum principumque legati[68]), quum Wolfgangus Guilelmus, quae Leopoldus posceret, concessisset, abnuebant. Archidux igitur ex Julia urbe relictis vasibus argenteis, sicut nuper clam advenerat, ita tunc clam se subduxit.

Possidentes autem et Joannes Sigismundus elector nec non principes nonnulli, qui Brandenburgis et consanguinei fuerunt et propinqui, quales Joachimus Ernestus Anspachensis et Joannes Georgius, Augustus, Rudolfus et Ludovicus Anhaltenses timebant, ne imperator exercitum Passaviensem[69]) in Juliam mitteret, omniaque ita instituenda esse censebant, ut principes ad bellum et ad defensionem terrarum parati essent.

Inde ab initio anni 1610 in Passavia copiae comparabantur. M. Febr. octo milia militum sub armis fuerunt: e rusticis Bavaricis multi nomina dederant[70]).

Duces multa temeritate se jactabant, totam Germaniam

---

66) Ex epistola Leopoldi d. 19. m. Maji scriptis. Mscrpt. Bibl. Berol. Hoc die Leopoldus de morte Henrici jam certior factus est.

67) Ex relatione doctoris Moritzii, Possidentum consiliarii, Mscrpt.

68) Aderant legatus quidam Daniae legatusque Britanniae, cui nomen Dickensonio. Leopoldum autem quae legati contra rem suam molirentur scivisse, ex epistola d. 19. m. Maji data intelligimus. Dicit archidux, Praetendentes et Christianus ab Anhalt quae legati sui protulissent gratis animis accepisse: „doch die Französischen und andern gesandten hätten I. LLL. von der persönlichen Communikation verhindert.“ Mscrpt. Berol.

69) Militem Passaviensem non archiducis sed imperatoris ipsius nomine comparatum esse, Contarenus dicit: si levano genti et cosi ancore in tutte le terre Franche per nome dell Imperatore.

70) Maximilianum ducem ipsum milites comparasse, Contarenus nuntiat.

se peragraturos et pervastaturos esse. Ambigebatur, utrum imperator milites contra Mathiam conduceret, an contra Unionem et contra Possidentes[71]).

Non defuerunt qui dicerent, copias per Bohemiam, terram Advocatorum, Misniam et Thuringiam, Saxoniam inferiorem, in Ravensbergium comitatum deductum iri, Mathiam tutum esse: consilia Rudolfi rem Juliacam modo spectare[72]).

Christianum quidem electorem tam per litteras quam ipsum Pragae imperatorem impulisse, ut exercitum in Juliam mitteret, nemo ignorabat[73]).

Mensi Aprili Possidentes exercitum parabant, quo copias Leopoldi Argentoratenses dispellerent. Contarenus legatus Venetus, qui tunc et apud ducem Wuertembergensem et apud electorem Palatinum versabatur, nuntiat, omnes persuasum habuisse, militem et Argentoratensem et Passaviensem adversus Juliam ductum iri, omniaque ita instituta esse, ut conatus Leopoldi prohiberentur[74]). Per totum cir-

71) Ex: Zeittung über das Passavische Kriegsvolk. Arch. Anh. Dess. sub Tit. 4, 78. Jülichsche Succession betreffende Sachen de anno 1610.

72) Ex relatione Coburgiana d. 18. m. Apr. scripta, ad Anhaltinos missa. Arch. Anh. Dess.

73) Saxones per annum 1610 id agere perrexisse, ex epistola quadam d. 9. m. Dec. 1610 Dresdae data intelligitur. Ex qua locum adhibemus, quo ratio Saxonum politica qualis fuerit perspiciatur. Dabei wir dann der gewissen Zuversicht Wann die Gulischen Unterthanen Ew. Kays. Mayst. Ernst sehen, Und spuren, Insonderheit den Auffzuck des Volkes gegen der Landen Vernehmen, Sie werden alsdann heuffig Ew. Kays. Mayst. zufallen undt nicht zulassen, dass durch Zweyerlei Kriegsvolk ihr Landt verdeckt werde, Und Umb so viel mehr Wenn sie erfahren, dass Ihnen ein gewisser Successor benennet u. vorgestellt wird.

74) Contarenus scribit d. 7. m. Apr.: Per il Ser^mo^ Arciduca Leopoldo doveva in questi giorni rassegnarsi buon numero delle sue genti vicino ad Argentina; verso il qual luogo i due Principi di Brandenburg e di Neoburg espedivano all' incontro di giorno et di notte delle loro militie, con disegno disturbare la rassegna pred^ta^. Inde d'hora in hora si attende qui qualche aviso di alc^a^ fattione di momento infra loro. D. autem 30. m. Mart. Maximilianus archidux legato dixerat: Che il negotio di Cleves non crede possa accomodarsi che con la punta della spada.

culum Francicum lustrationes fiebant; nonnullis locis tam Possidentes quam Leopoldus uno eodemque tempore milites conduxerunt, exempli gratia Francofurti, cujus cives neque uni neque alteri parti favere volebant[75]). Saxones, ex quo tempore intercessionem Unionis rejecerant et tractationem cum Brandenburgis ad irritum redegerant, beneficiariis suis et vasallis imperaverant, ut bellum pararent.

Notum erat, electorem, ubi primum ex Praga redux esset, rem in serium versurum esse[76]), quamquam dux Coburgensis eum dehortabatur, ne bellum faceret[77]).

Praga Guenderodum, tribunum militum, Dresdas miserat, qui milites sclopetis armatos ornaret atque instrueret[78]). Cum principibus catholicis, qui Ligae participes erant, consilia iniit. Atque ut imperatori, quem investituram sibi daturum esse sperabat, jucundissimus esset, ex armamentario Dresdensi ad milites Passavienses instruendos tam pulvis ingentem copiam quam mille sclopeta et tormentorum bellicorum non parvum numerum adduci jussit. Leopoldus autem archidux cum Saxone communicavit, ut milites, qui in episcopatu Argentoratensi Francisco de Kriechingen duce colligerentur per Lotharingiam et Luezelburgiam ad Rhenum moverentur. Jamque fieri posse sperabant, ut inde ex illis partibus Brandenburgiam occidentalem aggrederentur[79]).

---

75) Contarenus d. 22. m. April.

76) Ex: Zeittung über das Passauische Kriegsvolk. Arch. Anh.: electorem „solle nach seiner Rückkehr genzlichen Vorhabens sein einen ernst ebenmessig zur gebrauchen.“

77) Ex: „Samuell. Greiss gethane Avisirung wegen des Gülischen und andern Kriegswesens an Ihre Durchlaucht Fürst Johann Georg II. zu Anhalt.“ Arch. Anh. Dess. Ex relatione d. 7. m. Maji facta: „Sachsen-Coburg, wie ich Underwegs an einem vertrauten Ort vermerkt, soll des Churf. zu Sachsen Intent nicht allerdings gefallen, hab auch ein schreiben gelesen, wass Ihre F. G. desswegen an Ihre Churf. G. nach Prag aussführlich gelangen gelassen.“

78) Ex relatione Greissii d. 13. m. Jun. Arch. Anh.

79) Ex epistola quadam Greissii per notas scripta. Arch. Anh.

Pragae Leopoldus multa cum Saxone junxit consilia. Leopoldum enim, qui de re Juliaca, nisi copiae recentes adducerentur, desperaverat, Juliae sese subtraxisse, supra diximus. Mensi Majo exeunte Namurci fuit, Bruxella pecunia ei promissa est. D. 1. m. Jun.: Zaberni in Alsatia fuit. Medio m. Jun. Passaviam profectus est et inde Pragam perrexit. Pragae d. 30. m. Jun. ante principes per litteras quasdam de angustis in Julia rebus conquestus est[80]). Imperator ante d. 2. m. Jul. centum millia thalerorum ei dedit, ut milites Passavienses sustentaret. Iisdem diebus archidux et cum imperatore et cum Saxone de bello gerendo egit. Ipse confessus est, Pragam se venisse, ut cum principibus de Julia defendenda ageret: recentes copias mitti necesse esse, nam urbem a Possidentibus paene oppressam esse.

Dumque Leopoldus in Praga versatur, constitutum est, ut Saxonibus investitura detur[81]). Datur igitur utrique lineae Saxonum die 7. m. Jul. Leopoldus ineunte mensi Julio in Passaviam reversus est. Nuntiatur naves exornari, quibus exercitus Leopoldi trans Rhenum trajicerentur. Joannes comes Frisiae orientalis[82]) se imperatorem adjuturum esse, promisit. „Gubernatorem Caesaris in terris cisrhenanis" se nominavit. Naves autem a copiis Possidentum delebantur[83])".

---

[80]) Omnia sua se consumpsisse dicit: „Dass mir auch von meinen mobilien Ja ausserhalb meines Ehrlichen Nahmens Und lebens fast wenig verblieben." Arch. Anh. Dess. Ex Aviso Pragensi: „Leopold ist hier mit langen gelben Haren als ein Griech, will es nicht eher abnehmen lassen bis er die Possedierenden besiegt. Kann ihm leicht ergehen — wie Isabellen."

[81]) D. 6. m. Jul. Leopoldus e Praga discedens in Passaviam reversus est. — D. 2. m. Jul. jam e Praga nuntiatum est, *investituram datum iri*. Arch. Anh.

[82]) Wie dann Graf Johann von Ostfriesland jeziger Inhaber der Grafschafft Rittbergkh sich schon offentlich Kays. May. Gubernator diesseits Rheins geschrieben.

[83]) Qui relationum scripsit, dixit: „und ettliche eingezogene Kundschafter bekhennen, man hätte allbereit die Quartier Uber Rhein abge-

Eeodem tempore nuntiatur, Saxones promisisse, se quinque legiones comparaturos esse. Constabat, eos omnes nervos intendere, ut exercitus quam primum paratus sit, etiam si supra vires expenderent. Cum imperatore autem mense Junio exeunte pactum est, ut milites, quos ille in Silesia conscriberet, cum copiis Saxonicis se conjungerent, utque Brandenburgiam junctis viribus aggrederentur. Denique Rudolfus cum duce Bavarico agit et constituit, ut in Germania inferiore Saxones easdem vindicis partes gerant, quas Maximilianus dux in Germania superiore[84]).

Rudolfus iisdem diebus duci Tescheniano, cui in Silesia conquisitionem militum mandaverat, imperavit, ut duplicem copiarum numerum conficeret. D. 11. m. Jun.: Rudolfus Maximilianum, Bavariae ducem, ut poenas de Possidentibus nomine quidem caesaris peteret, provocavit. Joannes Georgius comes Hohenzolleranus Monachum missus est. Dux publice quidem edixit, se hoc munus suscepturum non esse, clam autem imperatorem certiorem fecit, se hac de re cum imperatore longius acturum esse.

Cancellarium suum supremum ad Rudolfum delegavit.

Ex iis autem verbis, quae dux ubique pronuntiavit, colligi potuit, eum ad caesaris partes se applicaturum esse[85]).

---

sehen, auch Schiffe u. Nachen (davon sie 8 und 8 aneinander geheftet) und welche die unsrige verbrannt damit uber d. Rhein zu fahren.“ Arch. Anh. De proeliis navalibus in Rheno factis nonnulla affert Contarenus, quae repetere longius esset.

[84]) Ex Kayserl. Resolution d. 7. m. Jun. 1610. Arch. Anh. Tit. 68. n. 6: Der Kaiser hat für nöthig erachtet, dass die Execution Jemandem anvertraut werde, der mit Darreichung der Vorlage und munition (cf. pg. 120 seq.) Ihrer kays. May. beispringen könne. Er hat sich für des Erzherzogs Maximilian in Baiern Person entschlossen, der sich bereit erkläret zur Haltung der kaiserl. Authoritet und des Profanfriedens sein äusserstes zu thun. Würde eine solche Execution in dem Kreiss des Churf. v. Sachsen wie auch in Gulch vor sich gehen, so wäre es dem Kaiser sehr angenehm dass dann Sachssen seine stelle vertrete.

[85]) Hohenzolleranus scripsit: sonst enhält sich der Herzog als in Wahrheit E. K. M. getreuen u. gehorsamen Fürst ohne einige Maassgebung

Atque conata Rudolfi non modo non retinuit, sed etiam comprobavit et promovit.

Elector autem Saxoniae inter epulas jactabat, propediem se in Brandenburgia sedem suam collocaturum esse[86]).

Ut exercitus per Misniam iter facerent, denique constitutum est.

De periculis Brandenburgorum.

Brandenburgia et quae ei adjacebant terrae, qualis Anhaltia aliaeque, his nuntiis usque summopere perturbatae sunt. Undique et Juliae et Marchiae Brandenburgicae pericula esurgunt: quaeque ab omnibus partibus geruntur, in interitum quasi Brandenburgorum conspirant.

Terrent Saxones et consilia eorum, quae Pragam perlata erant, terret Leopoldus et iter quod in Passaviam,

---

unterthänigst dafür, dieweil diese execution ein Werk, dadurch E. M. dero Reputation Auktorität und hoheit merklich staercken u. manuteniren, entgegen deroselben Ungehorsamen und wiederwärtigen zwingen, strafen u. E. K. M. unterthänig machen können, dass demnach solch heroisch u. rechtmässig vornehmen nicht allein keinesweges zu unterlassen noch einzustellen sondern mit einem solchen fundamento angegriffen werden, damit E. K. M. sicherlich darauf fussen u. sich verlassen mögen.....

Ex altera legationis relatione eadem audiuntur: Damit aber Ihr May. allergnädigst sehen Und spüren wie getreuherzig Sie es mit Ir May. meinen seyen sie des gehorsambsten erbietens, das Innsgemein alle sowol katholischen als protestirende gehorsambste Stände des Reichss sich diesser sach einhellig und einträchtig werden Undernehmen, wie nemblich Ihr May. gebürende reputation auch friedt Ruhe Undt gleiches Recht im Reich würklich zu mainteniren. Unde colligi potes, quae nonnulli dixerunt, Maximilianum ducem munus ab imperatori ei oblatum omnino abnuisse, errata fuisse. Quibuscum consentiunt quae Wolfus dicit.

86) Ex mandatis Christopheri de Lehendorff, quem fratres Anhaltenses d. 14. m. Jul. ad Joannem Sigismundum delegaverunt. Arch. Anh. Epistola a Lehendorffo reddita scripta fuit a Joanne Georgio Anhaltensi. Verba haec sunt: „Es sollen auch dise Worte an Ihrer Churf. Gnaden zu Sachssen Taffel gefallen sein: das man in gar kurzer Zeit in Ihr Churf. G. Lande sizen wollte.“

Argentoratum, Pragam fecerat, terrent Saxonum cum Leopoldo juncta consilia.

Quaeque ab exercitu Argentoratensi vel Hispanensi Juliae imminere videntur, ea ab exercitu Rudolfi Selisiaco Brandenburgiae timenda sunt.

Jam dudum imperator in Silesia milites colligi jusserat[87]). Conquisitiones duci Tescheniano et Buchheimbo, tribuno militum, commissae erant, Rudolfus ab Fuggeris versuram fecerat, qua militibus satisfaceret.

Brandenburgi periculum acriter intuiti erant. Inter dies Pentecostales foedus cum fratribus Anhaltensibus, qui Berolini forte aderant, factum est. Anhaltini se Marchiae, si imperator impetum faceret, non defuturos esse, promiserunt[88]).

Joachimus Ernestus autem Anspachensis inde a m. Mart. 1610 exercitum parabat. D. 20. m. Mart. Joanni Philippo Fuchs Bimbachensi, qui ei ex consiliis bellicis fuit, mandavit, ut unam legionem colligeret[89]).

M. Apr. per Silesiam et Bohemiam conquisitores militum circummisit. Qui conquisitores nonnunquam cum ministris Rudolfi, qui in iisdem negotiis versabantur, concurrebant[90]).

---

87) cf. pg. 119.

88) Ex epistola principum ad Joannem Sigismundum data d. 27. m. Jun. 1610. Arch. Anh.: „als die Fürsten vergangenen Pfingsten am Hoflager zu Berlin gewesen.“

89) Ex epistola Joachimi Ernesti Onoldiae d. 20. m. Mart. data. Arch. Anh. Terrent Joachimum Ernestum episcopus Herbipolensis copiaeque ab eo paratae. Marchio cum episcopo per epistolas colloquitur.

90) Pilsis in oppido milites imperiales manui Joachimi Ernesti nuper in mercedem acceptae insidiati sunt: mercenarii autem evaserunt. Deinde utraeque partes circa Neuenburgiam conquirebant. Cives ipsi optimos quosque et fortissimos milites ad marchionem miserunt, — homines perditi in fidem Caesaris accepti sunt. Ex epistola Discaui d. 21. m. Apr. data: Ist ausgekundschaftet man hat sie (sc. milites Ernesti) zerstreuen wollen. Desswegen auch die Stadt pilsen uff gewesen. Sie seindt aber zu spät gekommen und hat sich das Volk allbereits durchgeschlichen gehabt. In Neuenburgk ist zugleich dreierlei Werbung gewesen, haben sie an Thoren Acht haben lassen, die besten Soldaten vor sich genommen

Joachimus Ernestus autem qui Unioni addictus erat, quum bellum in Alsatia in diem crevit, a principibus evangelicis, ut cum copiis suis e Francia erumperet, regatus est: neque diu cunctabatur.

Jamque nemo fuit, qui impetum exercitus Silesiaci morari posse videbatur. Ex epistolis Anhaltinorum et Joannis Sigismundi exeunte m. Jun. et ineunte m. Jul. scriptis manifestum est, iis maxime diebus animos omnium exspectatione belli pressos esse.

D. 27. m. Jun. Anhaltini scribunt, permagnum esse periculum, repentinum hostium adventum paene in conspectu esse. Unionem (quae tunc Heilbronnae conventum habuit) provocandam esse.

Elector Coloniae ad Spream d. 30. m. Jun. rescribit, deum e piaculo orandum esse, qui mala et calamitatem saepissime a populis defenderit[91]).

Ducem quendam belli nominandum esse, cui stipendium pro mora detur. Anhaltini viros quosdam, qui tale ad munus apti sint, proponant. E principibus quisque milites e terris conscriptos ornet, populi universi ad defendendam rempublicam convocationes repetat, idque maxime agat, ut nervus rerum gerendarum (qualis pecunia sit) non desit. Quod autem principes suaserant, ut ipsi milites suos statim in Marchiam ducerent, elector deprecatus est. Nam ambigebatur, quanam ex parte impetus fieret. Metus adest et cura, sed quamnam in partem potissimum defensio dirigenda sit, nescitur. Sensit elector in Unione nullam his certe regionibus futuram esse salutem[92]).

---

und zum Theil dem Marggrafen zugewiesen, das Lumpengesindel haben die Kaiserlichen genommen.

91) Joannes Sigismundus dicit, id se censere: Das man nebenst einem Busfertigen Leben So Herschaften und Unterthanen, mit mehrerem christlichem Eifer als leider biss daher geschehen anzustellen und hinfüro zu führen Gott bitten solle als dadurch manche Landesplagen und Straffe öfters abgewendet.

92) cf. infra pg. 127 et 124.

Quas enim in Alsatia habebat copias, ea abducere non potuit: milites autem Francicos contra Passavienses stare necesse erat. Elector ad marchiones Brandenburgicos scripsit et ad Mauritium landionem, in quo quantum esset auxilii, Joannes Sigismundus se plane nescire professus est[93]. Ordines Marchiae in d. 3. et 9. m. Jul. convocavit.

Interea ex Goerlizia nuntiatur, exercitum imperatoris in diem crescere, Pragam militum multitudine impletam esse, jamque Bauzeniam pecuniam deductam esse, qua mercenariis satisfieret: centuriones autem et praefectos nominatos esse. Apud principes Anhaltinos tam cives concurrunt quam nobiles, qui anxii fuerunt et inquieti, quod nullum adhuc auxilium paratum videbant[94].

Quibus de rebus Anhaltini properanter d. 14. m. Jul. electorem certiorem faciunt. Addunt in pagella epistolae extrema, magnum esse periculum, hostes sive ex Goeerlizia sive ex Bauzenia proxima nocte vel die adesse posse. Nunc elector quoque ne minimum quidem temporis momentum praetermittendum esse, putat. Rescribit d. 17. m. Jul. Qui in Marchia proximi erant finibus Silesiacis repentinum adventum timent. Anhaltini ut cum auxiliis suis adsint, rogantur[95].

Neque Brandenburgiae modo periculum imminebat, in

---

93) Ex epistola ad Anhaltinos d. 30. m. Jul. data. Arch. Anh., cf. p. 212.

94) Ex epistola principis Anhaltensis ad electorem: „ich habe von Adell und Unadell viell anlauffs weill sie noch von keiner Hülff hören. Da aber nun mit Macht angezogen würdt werden sie sich aller schuldigen Pflicht erinnern und ganz ertreulich dass ihrige anwenden. Die Gefahr ist gros und kann das Volk von Görlitz und Pauzen in Tage und Nacht gar leicht allhier sein.“ Arch. Anh. Dess.

95) Ex epistola electoris d. 17. m. Jul. Coloniae ad Spream data. Arch. Anh. Verba haec sunt: Uber die Gefahr in unsern Landen aus Schlesien und Laussniz, Unsre Leute an den Grenzen sind jeden Augenblick des Uberfalls gewärtig. Wir bitten Ihre Gnaden mit ihrer Hülfe bei der Hand zu sein.... Eilig übersandt durch besondere Kurier.

Prussia quoque motus hostium sensebantur. Papa iterum atque iterum regem Poloniae instigaverat, ut Brandenburgos in Prussia aggrederetur copiasque eorum distraheret, utque prohiberet, quominus illi in causam Juliacam omnes nervos intenderent. M. Apr. papa per dominum de Eilenberg legatum regem sollicitaverat[96]), ut investituram Borussicam irritam faceret terramque ipsam repeteret. Nuntius papae acta commissariorum, qui in Borussiam missi erant, expostulabat. Ex nobilitate Polonica autem ipsa nonnulli regem adhortabantur, ne regno calamitates contraheret: in papa nullam fore salutem.

De bello Alsatensi et de ratione politica Unionis commutata hoc loco non agam.

Ratio politica imperatoris mutatur.

Quamdiu Francogalli Hollandi Angli Possidentibus auxilia mittere cunctabantur, imperator sperare potuit, se aliquid profecturum esse: milites parabat, societates jungebat, consilia de bello incipiendo iniit: sed ubi exercitus exterarum nationum appropinquabant, conata reciderunt. Nam de milite Passaviensi vel Argentoratensi vel Silesiaco quidquid cogitabat, id ei timendum erat, ne Francogalli aliique, si imperator contra quemcunque ex partibus evangelicis aliquid moliretur, quo potestas Habsburgorum augeretur, e Julia in alias imperii Germanici regiones, ubinam auxilio eorum opus esset, progrederentur. Inde a seculo XVI. exeunte iterum atque iterum in Germania commune quoddam bellum exardescere videbatur, tunc potissimum id non tam cura

---

96) sc. (in epistola): Darinnen vom Könige begehrt, preussen einzuziehen. Darauf der nuntius die Acta von den Commissarien so in preussen gewessen gefordert. Es haben sich aber viel vornehme Polen beschweret Und den Kg gerathen er solle es nicht thun: Der Babst würde ihnen nicht helfen, wenn sie der Cron Ungelegenheit uff den Hals ziehen würden. Ex relationibus Hieronymi de Diescaw. Arch. Anh.

Germanorum ipsorum, quam exterarum nationum praesentia prohibitum esse credo. Imperator statim consilia sua mutavit. D. 7. m. Aug., quum Francogalli jam prope ad fines accesserant, Rudolfus et duci Tescheniano et Buchheimbo praefecto impbravit, ut milites dimitterent[97]).

Jamque non armis poenas de Possidentibus se petiturum esse edixit: d. 2. m. Aug. comprobat quod principes, qui Pragam convenerant, d. jam 3. m. Jun. proposuerant, ut Coloniae de re Juliaca ageretur[98]).

D. 15. m. Aug. ex principibus quaerit, num milites Passavienses dimittat.

Sed ut ad auxilium Francogallorum aliorumque redeamus.

Maximi fuit momenti, utrum Francogalli post mortem Henrici IV. rationes politicas regis persequerentur, an foedere cum Unione et cum Possidentibus nuper facto abdicarent.

Hollandi statim post mortem regis et in Francogalliam et in Britanniam legatos miserunt, qui rogarent, ut et reges quam maxime fieri posset, causam Juliacam adjuvarent[99]). Attamen ipsi, quum et Francogalli et Britanni cunctarentur, respondebant, quum nescirent et quae regina Francogallorum et quae Jacobus rex de bello incipiendo statuissent,

---

97) Ex epistola quadam d. 7. m. Aug. Pragae scripta; qui eam scripsit addit: welches bey diesem Lermen im Reich ein wunderbahres Ansehen hat. Arch. Anh.

98) D. 3. m. Jun. jum principes de proposito suo et Brandenburgos et Neoburgos certiores fecerant. Ex epistola Pragae d. 11. m. Jun. data. Arch. Anh.

Commissarii constituti sunt Coadjutor Coloniensis, dux Brunsvicensis, Ludovicus Darmstadtensis Hassiae landio, — litterae autem subscriptae erant ab electoribus Moguntiaco et Coloniensi et Saxonico, ab archiducibus, ducibus Brunsvicensi, Hassiaco, et a legatis Philippi regis et Alberti archiducis.

Leopoldus, qui m. Jul., omnia ad bellum paravit in Juliam non revertit. Talis inde ab initio m. Jul. usque ad m. Aug. fuit rationum commutatio.

99) Wagenaar. IV. p. 324.

solis suis viribus expugnandam Juliam se suscipere non posse. Maxime autem id eos commovit, ut moram facerent, quod longas Francogallorum dubitationes providebant[100]).

De militia Possidentum sociorumque. De expugnatione Juliae urbis.

Sed ut ad rem Juliacam redeamus. Mauritius Auraicus mense Julio apud Schenkum castellum expeditum habuit exercitum, qui erat quattuor milium centum Francogallorum, qui Chatilliono et Bethuno ducibus ex bello Hispanico in provinciis permanserant[101]) et quattuor milium Britannorum Eduardo Cecyllo duce et propriorum Hollandorum. Omnium horum militum fuerunt quindecim milium. Praeterea Ernestus a Mansfeld, qui antea sub signis Leopoldi militaverat, ad Mauritium transfugerat.

Possidentes Christianum Anhaltensem militibus praefecerant, — quamvis et Mauritius landio et Joannes comes Nassovius imperium ejus non probarent et Guilelmus comes Solmsianus speraverat, se militibus praefectum iri[102]).

Exercitus autem Possidentum m. Majo fuit sex milium peditum et mille trecentorum equitum. Duo milia peditum a Brandenburgis exornati erant. Quibus praefuit Kraftus. Duobus milibus a Neoburgis exornatis Bilandus praefectus

100) De ratione politica Mariae Medicaeae hoc loco non agam. Multa inveniuntur apud Boderie, qui legatus Francogallicus Londini fuit. Omitto etiam legationem ab Unione in Angliam missam.

101) cf. Jeannin Memorials V. p. 494, 495.

102) Ex Epistola Hieronymi de Dieskav ad Anhaltinos data. Arch. Anh. Comes Solmsianus sororem Joannis Nassovii in matrimonium duxerat. Graf Wilhelm von Solms hat zu Wittenberg gesagt, er wäre übel zufrieden, dass er nicht employirt worden. Graf Joh. v. Nassau dessen Schwester er hat ist damit auch unzufrieden, dass das Directorium an den nicht gekommen, welchen er habe wollen, ebenso ist der Landgraf nicht ganz content damit. Addit Diescavus se dignitatem Anhaltino datam „auctoritate Regis Galliae defendisse“.

erat. Ceteris duobus milibus peditum, qui fuerunt Unionis, Schombergus praefuit.

Brandenburgi septingentos equites exornaverant et Neoburgi sexcentos. Quibus praefuit Fridericus Solmsianus[103]). Totus igitur eorum exercitus tunc fuit 7000 militum.

Postea autem (m. Jul.) quum Possidentes cum Hollandis se unierant, exercitum eorum quinque milium fuisse videtur. Ex castris Juliacensibus d. 25. m. Jul. nuntiatur, Hollandorum et Possidentum exercitus esse 20 milium militum[104]); Hollandorum autem ipsorum 15 m.[105]) Unde patet Possidentes tunc 5 milia in armis habuisse. Praefuit Christianus Anhaltensis. Credo igitur, Unionem duo illa milia militum, quae m. Majo ineunte in Julia versabantur, postea quum bellum Alsatense exortum est, revocasse. Unde ex 7000 milites, 5000 facti sunt[106]).

In portum Amstelodamensem quinque navibus 48 tormenta bellica, quae elector Brandenburgicus parari jusserat, invecta sunt[107]).

Exercitum Leopoldi anno 1609 exeunte quattuor milium peditum et quadringentorum equitum fuisse, tam ex litteris quam ex relationibus legatorum Venetorum, qui Pragae erant, constat[108]). Equites propter frumenti inopiam postea dimissi sunt, alii in terram Leodicam deducti sunt. In pugna Mechelensi Leopoldus 1000 milites circiter perdidit[109]):

---

103) In Aviso quodam Coloniae scripto dicitur, principes 1200 equites exornasse.

104) Ex Avisis quae e castris Juliacensibus scripta erant. Arch. Anh. Dess.

105) cf. p. 126. — Possidentes exeunte jam anno 1609 V milia fere militum habuisse supra dictum est.

106) cf. p. 110.

107) Contarenus d. 23. m. Maji Haagae. Nel porta della citta di Amsterdam sono arrivati 5 vasselli mandati dal Elettore di Brd. con 48 canoni poluere et balle per servitio de P. P. uniti in Dusseldorff.

108) Exempli gratia ex Aviso modo nominato d. 29. m. Oct. 1609.

109) cf. p. 113. add. 61.

Alii in aliis pugnis vel trucidati erant vel capti. Itaque exercitus Leopoldi, quum Possidentes et socii obsidionem inceperunt, duorum fere milium fuit militum.

Francogalli cum octo milibus peditum et duo milibus equitum se affuturos esse, promiserant.

Tum medio mensi Julio Francogalli usque ad Ouenam urbem progressi sunt[110]). Quorum Dux Chastraeus, quum nuntios accepisset, Spinolam contra Francogallos profecturum esse, Mauritium principem ut transitum exercitus tueretur, cohortabatur. Qui etsi promiserat, auxilia ad Mosellam se missurum esse, tamen tunc dicens, se ipsum militum suorum opera carere non posse, Rheni trajectum ei proposuit. Elector Palatinus contra consilium dedit, ut milites quem antea destinassent Mosellae transitum, eligerent. Contrarii nuntii non solum adventum Francogallorum retardabant, sed etiam tam iratum reddebant Chastraeum, ut in patriam rediisset, nisi certior factus esset, Mauritium Juliae non tam expugnandae quam retinendae habere consilium. Quomodo factum est, ut ille invidia quadam commotus Juliam versus progrederetur[111]).

D. 26. m. Jul., Mauritius Auraicus ad villam Moerschianam, quae semimilliario a Julia distat, castra posuit. Proximo die, quum Christianus milites suos adduxerat, consalutatio amicissima inter utrosque exercitus facta est. D. 29. m. Juli copiae divisae sunt. Legiones Britannicae imperio Christiani subjunguntur, qui tunc novem milibus militum praefuit, Mauritius autem decem milibus. Anhaltinus adversus urbem stetit, Mauritius in monte quodam, quem

---

110) Exercitus Francogallorum 8 milium peditum fuit, mile ducentorum equitum. Cum Chastraeo praefecti erant comites de Rohan et de Rosny. Ex epistola Villeroi apud Boderium II. p. 171 (d. 16. m. Jun. 1610).

111) Eo jam tempore Regina sola rationem Henrici servabat — ut ait Villeroy: jalouse de l'observation de la foi du feu Roy, son seigneur. de la Boderie p. 192, 193, 196 ex litteris a Villeroi d. 11 et 22. m. Jul. datis.

Galgenberg nominabant, adversus castellum. Qui etsi professus est, firmiorem se nunquam vidisse locum, tamen omnes sperabant, urbem expugnatam fore, priusquam Francogalli advenissent.

Inter hostes imperium tenebant Rauschenbergius et Tonfondeno Italicus, qui quattuor semilunis constructis, quamquam urbem muniverant, tamen clade Mechelensi accepta, duobus modo milibus militum praefuerunt. Omnis spes in Alberto et Spinola consistebat. Quos, etsi neutrius se partis futuros esse edixerant, Leopoldum non deserturos esse, omnes sperabant[112].

Audiebatur, in archiepiscopatu Coloniensi 4000 milites comparari. Elector enim timebat, ne, si Julia expugnata esset, arma contra Coloniam dirigerentur[113].

D. 9. m. Aug. Christianus semilunam primam expugnavit, secunda d. 14. m. Aug.; dd. 15. et 17. m. Aug. tertia et quarta captae sunt. D. 20. Christianus urbi ipsi appropinquavit. Chastraeus tandem senex, cujus exercitus tam mala utebatur disciplina, ut nec feminis nec puellis parceret[114], (d. 21. m. Aug.) ad Juliam advenit. Possidentes autem, quum urbe obsidione cincta in extremum fere discrimen ventum esset, illo potissimum tempore in discordiam eo provecti sunt, ut ad certamen se provocarent. Christianus igitur, quum primo Dohnam interpretem misisset, tum ipse minitatus est, nisi principes reconciliarentur, auxilia ut retraherentur, se effecturum esse[115]. Causa contentionis quamvis obscura sit, tamen constat, palatinum Neoburgicum, et quod eum opes defecerunt, (trecentis milibus florenorum numeratis) et quod imperatori, quantum fieri posset, satisfacere voluit, in animum induxisse, ut rebus gerendis se non im-

---

112) Ex relationibus e Julia factis. Arch. Anh. D. 9. m. Aug.

113) Ex relatione Coloniensi. Arch. Anh. D. 8. m. Aug.

114) Memorials III. p. 211.

115) cf. Dohna p. 94; princeps dicit: j'ai vu plusieurs princes mais j'en ai vu de plus sages que vous.

misceret. Qua in re tanta avaritia usus est, ut, quamquam terrarum partem deposcebat, tamen impensa belli a Brandenburgo solo sustentata voluit[116]).

Quum Francogalli ad urbem venerant, qui oppugnabant a summo vallo jam non plus ducentis passibus remoti erant[117]).

Denique Rauschenbergius urbem per quinque hebdomades oppugnatam d. 2. m. Sept. tradidit.

Cui permissum est, ut cum exercitu, qui tunc erat mille quingentorum militum, liber ex urbe discederet. Julia igitur expugnata: hostes e terris pulsi: terrae a Possidentibus captae: imperium Brandenburgorum ad Rhenum fundatum.

Possessio quidem quieta non fuit: inter Brandenburgos Saxones Neoburgos inimicitiae resurgunt, bella inter Hispanos et Hollandos denuo exorta, terrae per triginta annos vastatae.

Quae Brandenburgi armis assecuti erant, armis defendunt. Ex laureis fatalibus Friderici Guilelmi primae demum novarum dierum luces Brandenburgis affulgent.

Jamque quum ex Occidente libertati nominique Germanicis perpetua fere pericula imminerent, omnes intelligebant, quantam ad sortem totius mundi constituendam habuerit vim, quod Julia Cliviaque occupatis, quo loco Germania facillime a Francogallis vincitur, ad Rhenum scilicet flumen, Joanne Sigismundo electore fundamentum quoddam positum est firmi validique regni, quod parvas ibi sejunctasque imperii Germanici civitates ad resistendum invalidas postea uno sceptro copulavit.

---

116) Ex Mscrpto. Berol. (fol. 853) Dieskavus d. 1. m. Jan. e Berolino ad Anhaltinos nuntiat. Der Pfalzgraf hält sich nach wie vor ganz widerwertig, achtet weder Marggraf Ernst noch den Chur- u. Fürstl. Gesandten noch die Landständ, hält sich mehr als alle andern. Jagerreuther wie auch andere halten dafür, er halte avita dona Und werde mit der Zeit gar thol werden.

117) Ex litteris Francogallicis ad doctorem Steinichen senatorem Brandenburgicum. Mscrpt. Berol.

EXCURSUS

AD

DISSERTATIONEM.

I.

De discursu Stralendorfiano.

De discursu Stralendorfi Droysenus nuper (1860) in „Abhandlungen der Königlich Sächsischen Gesellschafft der Wissenschaften“, edocuit. Tam de auctore, quam de historia discursus et de editionibus atque de manuscriptis egit erroresque priorum refutavit, denique primus discursum integrum emendatum edidit.

Ego quidem nihil novi habeo, quod de hoc discursu proferam, nisi perpauca, quae Droyseni rationes confirmant et quodammodo supplent.

Pag. 372 a Droyseno manuscriptum quoddam Berolinense ad initium Sec. XVII. refertur. Scribam vel tres scribas codicem multa festinatione usos descripsisse, Droysenus dicit. In codice quidam versus faceti inveniuntur. De quibus editor:

> Bei einer so in Hast gemachten Abschrift würde man nicht allerlei Spottverse auf Erzherzog Leopold, den Gegner Brandenburgs in der Jülichschen Occupation 1609, beigefügt haben, wenn diese Dinge nicht das ganze Interesse der unmittelbaren Gegenwart gehabt hätten.

Ego illos versus (sc. Metamorphosis Leopoldi, Chronostichon, Anagramma) exemplari cuidam „Kaiserlicher Confirmation des Jüterbockischen Vergleichs dat. Prag 5. Dec. 1611“ ad principes Anhaltinos misso adscriptos inveni. Unde patet hos versus ao. 1611 jam scriptos fuisse. Fieri igitur potuit ut sec. XVII. ineunte in codice quodam reiterarentur, eo sc. tempore quo „diese Dinge das ganze Interesse der unmittelbaren Gegenwart (hatten).“

Pag. 389 Droysenus dicit, Stralendorfum inter eos fuisse, qui imperatorem contra Possidentes impellebant. In Scripto Def. elector Brandenburgicus dicit, se de conatibus consiliariorum imperialium ante Rudolfum ipsum per litteras questum esse et verba Leopoldi, quae fuerunt: „ut terrae ex faucibus hereticorum eriperentur“ repulisse.

Addit:

„Es haben aber dise vnd andere dergleichen erinnerungen, unangesehen man sich derselben zum fleissigsten gebraucht, biss noch an dem Kay. Hof wenig gefruchtet, sondern obschon einest dem Kays. Reichs-Vice-Cantzler Leopolden von Stralendorff dergleichen appellation à Caesare male informato ad melius informandum, durch eine graduirte Fürstl. Rathsperson insinuirt worden, die er auch gutwillig angenommen, und dess empfangs halben ein schrifftlich recognition von sich gegeben, hat er doch folgends dieselbigen, als ob sie der Kay. May. zu despect und schmehlerung ihrer kayserl. Hoheit gereichen thete, dem insinuanten wieder zurückgeschickt und nicht annemmen wollen.“

Atque ad sententiam rationesque discursus Stralendorfiani quod attinet: eodem tempore alios fuisse, qui de incremento rei publicae idem censuerint, quod ille, ex epistola Cavalli legati d. 20. Jul. 1609 data intelligitur. Qui dicit: Elettor di Brandeburg che come con l'accrescimento al suo stato et al Ducato di Prissia delli paesi di Cleves et Juliers saria uno dei maggiori Prpi di Alemagna, cosi quando sii in questa sua pretensione aiutato dal Re (sc. Francogalliae), può sperar di superar ogni altro contrario.

Nonne haec et talia capita discursus Stralendorfiani sunt?

II.

In enarratione rerum, quae ao. 1593 gestae sunt, libellum quendam secuti sumus, qui in usum legatorum Interessentum scriptus est. Exstat apud Haeberlinum in libro „Neueste Teutsche Reichsgeschichte" XX p. 348—363. Invenitur autem hoc tempore inter manuscripta bibl. Senkenb. Giess. Fol. 301 p. 139 seq.

Haeberlinus recte quidem dicit, libellum illum rerum Juliacarum cognitionem admodum adaugere: false autem sentit, eum, quantum conjectura augurari possit, ao. 1595 scriptum esse. Haeberlini verba sunt:

„Es ist zu bedauern, dass in der Abschrift dieses Memorials das Datum fehlt; indessen zeigt der Inhalt desselben, dass es um diese Zeit (ennarravit modo res ao. 1595 gestas) und vermuthlich im Jahre 1595 sey ausgefertigt worden."

Haec Haeberlinus.

I. In libello ipso nonnulli loci sunt, ex quibus quando is scriptus sit, colligi potest. Quorum unus in initio, ut libelli verba, quae exscripsi (nam Haeberlinus mandatum in orationem obliquam pervertit) adhibeam, est:

„Unseren Räthen ist bewust was unlangst zu Frankfurt am Mayn vor vertrauliche Zusammensetzungen, tractatus und vergleichungen in den Gülischen Sachen unter uns aufgerichtet."

Interessentes ao. 1593 m. Febr. Francofurti convenisse, tam ex codicibus manuscriptis quam ex liberis editis comprobavimus. Si libellus ao. 1595 scriptus esset, num Interessentes, quum conventum Francofurtensem in memoriam consiliariorum reducerent, scribere potuerant, „was unlangst zu Frankfurt a. M. aufgerichtet?" Interessentes autem iterum

ao. 1594 vel 1595 Francofurtum legatos misisse, nullo loco invenitur.

II. Ex libello elucet, Interessentes id potissimum egisse, ut terrarum curatio sibi committeretur. Anno 1593 nonnullos ex ordinibus Praetendentes ad administrationem et curationem ducatus evocasse, in dissertatione nostra enarravimus[1]). Quae tamen aliter ad Interessentes deferri non poterant, nisi imperator precibus ordinum annuebat. Placuit igitur, legationem ad Caesarem mitti.

Quibus de rebus in epistola quadam Ernesti marchionis ad Leopoldum archiducem d. 11./21. Sept. 1609 data scribitur.

„Als man aber der Sachen nicht allerdings einig werden konnte (sc. ao. 1591 quum in consilium ventum esset, quomodo res publicae ordinarentur) und folgends in Anno 1593 durchs mehrer der Clevischen, Bergischen, Märckischen u. Ravenssbergischen Ständen für gut angesehen worden, den Interessirten Fürsten die Curatel und Administration der Landen zu Committiren, haben darauff so wol die bemelte Landständ als auch die Interessirte Fürsten eine ansehnliche schickung[2]) an den Kays. Hoff fürgenommen, und Ihre Mayst. umb ertheilung und Confirmation solcher Curatel ersuchen lassen. Weil aber inmittelst Ao. 1594 der Reichstag vnd folgends auch andere verhinderung eingefallen[3]) etc."

Unde patet ao. 1593 legationem Interessentum *una et ordinum*, qualis in libello nostro scripta est, factam esse. Quam aliis quoque litterarum monumentis docere possumus. Litteris enim d. 25. Sept. 1593 datis (quarum in dissertatione fecimus mentionem; cf. in illa pg. 26) Joannes Georgius et Joachimus Fridericus Fridericum Guilelmum Saxonem certiorem faciunt, se imperatorem per legatos rogaturos esse, ut administratio sibi detur et curatio. Praeter ea in tabulis Petri Mueller legati, qui d. 7. m. Nov. 1606 ad Mariam

---

1) cf. in Dissertatione pg. 24 seq.
2) cf. infra pg. 137.
3) cf. in Dissertatione pg. 27 seq.

Eleonoram missus est, memoratum erat, ao. 1593 et foedus quoddam Interessentum factum esse et legationem numerosam (ansehnliche Schickung)[4]) ad Caesarem missam esse.

Non nego, ao. 1595 legationem institutam esse (quam Haeberl. XX p. 340 tradit.) Sed huic legationi propositum non fuisse, ut administratio vel curatio principibus pararetur, ex Haeberlino ipso intelligitur. Ante hanc legationem foedus cum Hollandis factum erat, imperator id frangere conatus est[5]): foederis Hollandici in libello nostro ne minima quidem mentio fit. Utraeque legationes non confundendae sunt: quae in libello proponitur ao. 1593 facta est[6]).

III. Sed ut ad alia libelli locos transeamus. Dicunt Interessentes:

> „Und weil auff itzigen Tage zu Düsseldorff dahin sich verglichen, dass auss mittel der Räthe wie auch d. Landstend Verschiedene Personen ahn Ihre Kay. May. Hoff zu bestellung des Regiments uf Form wie sie Von Uns vnd den Stenden vorgeschlagen zu schicken, So sollen Unsere Abgesandten dahin sehen, wan Ihr die auss mittel der Räthe ein anders als Von uns Und den Stenden gesucht werden wolte, solches ab zu Lehnen."

Interessentum autem legatos ao. 1593. m. Aug. Dusseldorpii cum ordinibus consilia communicasse, Lacombletus[7]) tradit. Quin etiam quae dicit, d. 7. m. Aug. conventum Dusseldorpensem incepisse, cum loco quodam libelli optime consentiunt. Statuunt enim Interessentes, ut legati ad diem 25. m. Nov. Pragae adsint. Si quidem concedo, legationem tribus mensibus decretam esse potuisse, antequam effecta sit, tamen credo, libellum prius quam m. Aug. conscriptam non esse. Quae ut confirmem, repeto, epistolam, qua Brandenburgi Saxonem ad legationem incitaverant, d. demum 25.

---

[4]) Eadem verba Ernestus utitur, cf. pg. 136.

[5]) cf. in Dissertatione pg. 27.

[6]) Haec ab Interessentibus ipsis decreta est, illa ab imperatore demandata.

[7]) In libro suo: Urkundenbuch für die Geschichte des Niederrheins IV. pg. 740.

m. Sept. scriptam esse. Certe non tam multo ante hoc tempus Dusseldorpii, ut legatio foret, constitutum erat.

IV. Scribunt Interessentes:

„Die Gesandten sollen den Kaiser in Privataudienz besuchen, beglückwünschen wegen erlangten Obsiegs über den Erbfeindt.“

Ao. autem 1593. d. 22. m. Jun. ad Culpam flumen pulcherrimam victoriam reportatam esse, Haeberlinus ipse XVII p. 334 tradit. Cujus belli gloria eo quidem imminuta est, quod hostes imperii Germanici Sissec oppidum expugnabant, sed Interessentes nuntium pugnae Sissecianae, quae d. 24. m. Aug. facta est, sine dubio quum libellum scripserunt, nondum acceperant[8]).

Itaque non dubito concludere, libellum ao. 1593 scriptum esse, immo vero adjiciam, compositum esse eo spatio anni, quod inter d. 7. m. Aug. et medium mensem Sept. est. D. enim 7. Aug. legati principum Duesseldorpium convenerunt: atque d. 25. m. Sept. elector Brandenburgicus Saxonem certiorem fecit, ut legati ad Caesarem mitterentur, deliberatum esse ac constitutum.

---

[8]) Nec jam desunt argumenta quibus comprobare possumus, libellum ao. 1595 certe scribi non potuisse. Scimus Praetendentes in libello scripsisse, legationes imperatoris, quas nominant commissiones, aegre tulisse (cf. in Dissert. pg. 25). Loquuntur de leg. ao. 1591 facta, cujus summa fuit recessus ille (pg. diss. 15 seq.). Tamen ao. 1595 commissarii multo potentiores et superbiores exstiterunt quam ao. 1591: nam nunc non modo, quales antea curatores, qui respublicas ordinarent, fuerunt, sed judices, quibus causa Jacobaeae ducissae mandata erat. Praeterea ao. 1595 in praesentia commissariorum eo majus Interessentium periculum positum erat, quod eo potissimum tempore Jacobaea principatu dejecta, consiliarii catholici terram regebant. Quibus ex rebus efficio atque cogo, ut Interessentes si ao. 1595 libellum scripsissent, non modo de legatione a. 1591 sed etiam et praecipue quidem de leg. ao. 1595 facta questi essent.

III.

De epistolis, per quas Possidentes cum Leopoldo archiduce collocuti sunt.

In rerum Juliacarum etc. Fasciculo tres epistolae inveniuntur, quarum prima:

> Copia was die etc. Brandenburgischen und etc. Neuburgischen Gesandten bei etc. Leopold zu Gülich 8./18. Aug. Anno 1609 Mündlich angebracht und in Schriften übergeben.

secunda:

> Responsion Ertzhertzogen Leopoldi auff die Copiam Instrumenti provocationis et oblationis und anderer darinnen von Herrn Ernst und Wolfgang Wilhelm angezogenen Beylagen. In puncto praetensae possessionis der Fürstenthumb Gulch etc. sine dato.

tertia:

> Ernst's und Wolfgang Wilhelm's Replicschreiben an etc. Leopold unter dato 11./21. Sept. Anno 1609. Düsseldorff.[1])

Epistola igitur secunda quando scripta sit, non exstat. Tamen loci non desunt, ex quibus colligi possit, quando Leopoldus eam scripserit. In extrema enim epistola inveniuntur verba:

> So mag gleichfalls dagegen nicht irren, das angezogene, als solten viel Pfandschafft, und Eygenthumb darunder befunden werden, welche ohn mittel den heredibus sanguinis gefolgt, die auch zu deren possession zugelassen werden sollen.

---

1) Legatus Britannicus, qui Haaguae residebat de hac epistola certior factus esse videtur; qui scribit d. 25. m. Sept. *(st. vet.)*: the Princes pretending do summon by their Lettres the Archduke Leopoldus to quit Juliers. Talia re vera in epistola leguntur. (cf. Memorials III. p. 72 sq.)

Similia autem a Possidentibus in *epistola d. 8./18. m. Aug. data* dicta erant. Cujus verba sunt:

Die ansehnliche Allodial und eigenthumbliche Stuck, zu denen einiger extraneus im wenigsten nichts zu sprechen hat.

Deinde dicit Leopoldus:

Dass nun ferner angezogen als sollen keine competitores in gleichen qualitaeten sein.

Dixerant Possidentes:

Und sie in gleicher qualitet und forderung gar keinen competitoren wissen.

Unde spectatur, Leopoldum hanc epistolam post acceptas Possidentum litteras dedisse. Hic — ut ita dicam — est terminus a quo, — terminus ad quem ipse se praebet: nam d. 11./21. m. Sept. Possidentes Leopoldo respondent.

Omnes has epistolas in rebus cognoscendis maxime esse momenti, judico. Placuit enim principibus non jurum interpretationes, — quales crebrerrimae factae erant, — ex constitutionibus veteribus assumtas dari, sed res inde ab occupatione terrarum gestas ipsas repeti: rerum igitur scientia augetur. Memoratu autem dignissimum est, utrasque partes in causa sua defendenda usque ad annum 1591 recurrere. Unde nos etiam machinationes inceptas et narrationis initium faciendum esse credimus[2]).

Totum quidem litterarum commercium nobis non notum est. Ex epistola Possidentum d. 8./18. m. Aug. data intelligitur, Leopoldum jam ante diem 26. m. Jul. (st. novo) litteras quasdam dedisse: quas illi d. 5. m. Aug. reddunt[3]). Neutram epistolam novi.

Ceterum epistolarum Leopoldo datarum nonnulli loci in litteras a Possidentibus ad Caesarem scriptas ad verba fere transcripti sunt.

---

[2]) cf. in Dissertatione pg. 1. 6.

[3]) cf. in Dissertatione pg. 85 seq.

Ad imperatorem scribitur d. 10./20. m. Aug.:

Das vor undenklichen Jahren bey der Succession in diesen Landen dass ius maioratus et primogeniturae observiert worden, und also ebenmessig nicht zu zweiffeln, das auss Ihrer FF. GG. Prinzipaln mittel einer der alleinigen und universal succession bey diesen Landen befugt, und sie gleicher qualitet und forderung gar keinen Competitorem wissen.

Ad Leopoldum scribitur d. 8./18. m. Aug.:

Und weil man sich erinnert dass bey der Succession in diesen Landen von unvordencklichen Jahren das ius Maioratus et primogeniturae herkommen und also nicht zu zweiffeln, dass einem auss unserer Prinzipale mittel, die alleinige und universal Succession in diesen Landen gebüre, und dass sie in gleicher qualitet und Forderung gar keine Competitoren wissen.

m. Sept. scriptam esse. Certe non tam multo ante hoc tempus Dusseldorpii, ut legatio foret, constitutum erat.

IV. Scribunt Interessentes:

„Die Gesandten sollen den Kaiser in Privataudienz besuchen, beglückwünschen wegen erlangten obsiegs über den Erbfeindt."

Ao. autem 1593. d. 22. m. Jun. ad Culpam flumen pulcherrimam victoriam reportatam esse, Haeberlinus ipse XVII p. 334 tradit. Cujus belli gloria eo quidem imminuta est, quod hostes imperii Germanici Sissec oppidum expugnabant, sed Interessentes nuntium pugnae Sisseciana̅e, quae d. 24. m. Aug. facta est, sine dubio quum libellum scripserunt, nondum acceperant[8]).

Itaque non dubito concludere, libellum ao. 1593 scriptum esse, immo vero adjiciam, compositum esse eo spatio anni, quod inter d. 7. m. Aug. et medium mensem Sept. est. D. enim 7. Aug. legati principum Duesseldorpium convenerunt: atque d. 25. m. Sept. elector Brandenburgicus Saxonem certiorem fecit, ut legati ad Caesarem mitterentur, deliberatum esse ac constitutum.

---

[8]) Nec jam desunt argumenta quibus comprobare possumus, libellum ao. 1595 certe scribi non potuisse. Scimus Praetendentes in libello scripsisse, legationes imperatoris, quas nominant commissiones, aegre tulisse (cf. in Dissert. pg. 25). Loquuntur de leg. ao. 1591 facta, cujus summa fuit recessus ille (pg. diss. 15 seq.). Tamen ao. 1595 commissarii multo potentiores et superbiores exstiterunt quam ao. 1591: nam nunc non modo, quales antea curatores, qui respublicas ordinarent, fuerunt, sed judices, quibus causa Jacobaeae ducissae mandata erat. Praeterea ao. 1595 in praesentia commissariorum eo majus Interessentum periculum positum erat, quod eo potissimum tempore Jacobaea principatu dejecta, consiliarii catholici terram regebant. Quibus ex rebus efficio atque cogo, ut Interessentes si ao. 1595 libellum scripsissent, non modo de legatione a. 1591 sed etiam et praecipue quidem de leg. ao. 1595 facta questi essent.

III.

De epistolis, per quas Possidentes cum Leopoldo archiduce collocuti sunt.

In rerum Juliacarum etc. Fasciculo tres epistolae inveniuntur, quarum prima:

Copia was die etc. Brandenburgischen und etc. Neuburgischen Gesandten bei etc. Leopold zu Gülich 8./18. Aug. Anno 1609 Mündlich angebracht und in Schriften übergeben.

secunda:

Responsion Ertzherzogen Leopoldi auff die Copiam Instrumenti provocationis et oblationis und anderer darinnen von Herrn Ernst und Wolfgang Wilhelm angezogenen Beylagen. In puncto praetensae possessionis der Fürstenthumb Gulch etc. sine dato.

tertia:

Ernst's und Wolfgang Wilhelm's Replicschreiben an etc. Leopold unter dato 11./21. Sept. Anno 1609. Düsseldorff.[1])

Epistola igitur secunda quando scripta sit, non exstat. Tamen loci non desunt, ex quibus colligi possit, quando Leopoldus eam scripserit. In extrema enim epistola inveniuntur verba:

So mag gleichfalls dagegen nicht irren, das angezogene, als solten viel Pfandschafft, und Eygenthumb darunder befunden werden, welche ohn mittel den heredibus sanguinis gefolgt, die auch zu deren possession zugelassen werden sollen.

---

[1]) Legatus Britannicus, qui Haaguae residebat de hac epistola certior factus esse videtur; qui scribit d. 25. m. Sept. *(st. vet.)*: the Princes pretending do summon by their Lettres the Archduke Leopoldus to quit Juliers. Talia re vera in epistola leguntur. (cf. Memorials III. p. 72 sq.)